

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXVIII
F
42
NAPOLI

ONOMASTICUM ROMANUM

Auctore

FELICE FELICIO

SABINO MONTOPOLITANO

E Societate IESU.







VENETIIS, M.DC.LXXXI.

Apud Paulum Balleonium.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.



FELIX FELICIVS
E SOCIETATE IESV

Anagnostæ suo Gaudium & Faustitatem.



N Tibi dulcissime Anagnosta Romanum Onomasticum sicut nullo adiutore conditum primo, sic postea nullius adminiculis auctum, sed, vt dicitur, Marte nostro, licet casibus tot, tantisque ita obnoxium, vt infortuniorum scopus queat non immeritò nuncupari; sit ne opus eiusmodi, hoc est amussitatum adeò, vt probetur in vulgus, quæstio est: Onomastico enim (quæ fuit eius infortunitas) per manus complures contigit cursitare, non tamen omnes opiferas, & hospitales, cùm earum quædam videri potuerint coruinæ potiùs, miluinæque, aut etiam Vulturinæ. Pentas omnino fuit eorum, qui cum Onomastico habuere commercium. Amanuenses alij fuerunt, atque Calcographi: censores alij correctoresque, vni vt imprimenda recognoscerent: alteri vt iam impressa corrigerent, his adijce curat ores, ita libet appellare, quos operis huiusce aut ex toto, aut ex parte ius, fasque fuit, studiosiorem suscipere curaturam: tot scilicet fuere manus, quas Onomasticum peruadere coactum est: hoc dumtaxat felix, quod haud coæuos habuerit veteres illos Gigantes Cottam videlicet, Gygemque, ac Briareum, quos maiorum fabulositas non vnimanos, vt natura more progenerat, sed centimanos fuisse commenta est: si enim æuo illo gigantæo nasci datum esset, tactionem vtique manuum trecenarum neutiquam effugisset: at opus exteris manibus non fuisset, vbi plus satis fuere nostrates: quarum vario tractatu vereor, ne quid Onomasticum vel amiserit sui, vel duxerit alieni. Quod si fortè contigit, facta operi necessitudo est aquas æmulandi, quæ subterraneo vagè transcursu, sicut insita bonitate fraudantur, sic alienas contrahunt qualitates. Hinc ergo quasdam & salmacidas nouimus, vel nitrosas, hinc vel aluminatæ fluunt, vel bituminatæ. Hinc acidæ amaræue, hinc olidæ, calidæque & coloratæ, Hinc medicatæ prodeunt cuiusmodi sulphuratæ sunt, ferratæque, saxificas experimur alias, quæ immersa in saxeam duritiem transfigurant: aliæ vini modo temulentos efficiunt, è diuerso aliæ vini abstemios & osores; nec absunt, quæ soporem, furoremque afferunt, quibus mortiferæ accedunt, quia potæ illico perimunt. Quorundam potu vellera pecudes tum albis nigra, tum nigris alba permutant, quæ antè potum erant vnicolores à potu Jecophæo fiunt lanitio bicolores; nonnullæ Xantho è fluuio bibentes mirè rufescunt: ex quo fluuius ipse Xanthi nomen est nactus: atqui ex aquis eas poturi maximè probant, quæ cum nihil recipiant, redoleant nihil, congenita retinent, aduentitia non admittunt. Quærenti ab Seneca consultori cuipiam, quidnam esset sibi præcipuè fugitandum existimaret; turbam, inquit, rerum optimus æstimator. Ego certè, idem ait, nunquam mores, quos extuli refero, inimica est multorum conuersatio. Nemo non aliquid nobis vitium aut commendat, aut imprimit, aut nescientibus allinit; vtique, quò maior est populus, cui commiscemur, plus periculi est, auarior redeo, ambi-

 tiosior,

tiosi or,luxuriosior,imò crudelior,& inhumanior,quia inter homines fui:Sortem hanc Onomastico diceres obtigisse, vt quam plurium arbitrio, & alienas peruaserit manus,& sua domum infortunia retulerit, quæ prodere singulatim operę nunc non est: summatim dumtaxat innui, vt res citra legentis tædium transigatur,illud non duxi tacendum,quod cęteris casibus binæ quasi comites accesserunt,pestilentiæ lues,quæ ritu echeneidos euntem inhibentis nauem imprimendum remorata est opus: altera ipsius auctoris ægrotatio, qua operis eiusdem maior aliqua est absolutio præpedita. dicam non minus breui, quàm verè:si personarum ratio ducatur,ac temporum,tot,tantisq; casibus misellum opus hoc patuit, vt infortunitatum sedes dici non falsò queat. mentem hic subit vetus illa Epigrammatopoei conquestio, qui venarum pulsum explorantibus medicis, mediculisque, vt fit, cùm è multijugi dexterarum algentium tactu febrem, quam non habuerat contraxisset. Simmacum sic queribundus alloquitur: Centum me tetigere manus Aquilone gelatæ: Non habui febrem, Simmache,nunc habeo. Idem conqueri Onomastico fas est, quod moltijuges manus tangendo sæpiùs, tractandoq;aut febriens omnino, aut febrienti consimile tradiderunt. Poetæ consonat Orator, dum amicos culpat infidos, amici aiebat ille, partim deseruerunt me, partim etiam prodiderunt; ne longum faciam, ex ea vt antè dixi hominum pentade, suos Onomasticum vel desertores habuit,vel proditores.Iam verò è munificum pentade,quibus rem cum opere hoc fuisse dicebam, nonnulli sanè in officio fuere, alij ab eodem quadantenus discesserunt, quocircà Onomastico quidam per benè,quidam verò parum benè sunt meriti. De parum ergo beneficis, vt quod sentio eloquar,quidquid aut deliquerunt amanuenses, aut calcographi peccauerunt, eo ignoscibilius est, quod mercenarij sunt Opifices, quos quidem,vt alios eiusdem notæ,sordida in arte versari,vulgatum est Oratoris effatum. Itaq;mirum non est, si fortè Onomastico mercenarijs, & potior quæsticulus, & lucellum carius, & mercedula fuit antiquior.De Onomastici verò censoribus,quorum è numero plures fuere censorculi, quàm censores, illud habeo non euulgare solum, sed conqueri, quod immeritò, insciteque voluerunt,vel additum quidpiam, vel ademptum. Hypocoristicè dixi censorculos,hanc ob causam,quia iuniores, quia nondum è discentibus, vix dum ex ephebis excesserant. Hi fortasse sibi excusatè videbuntur errasse, quod exiguum quid vel addiderint, vel ademerint, sed vt mea fert opinio, ipsa duntaxat iuuentus excusat, quæ ignoscentiam ideò meretur, quòd iuuenis. Censoribus addendi sunt correctores;hos benè oculatos nescio, an quispiam vocitet, corrigendi namque munus videntur inunctis more lippientium oculis exequuti, eos citrà culpæ notam oculis præditos ipse dixerim, non Aquilę,non Draconis; Aquila enim cernit clarissimè, vt aiunt Phisiologi, eademque non adulterina non degener solem immobilis, & inconniuens contuetur aduersum; Draco autem in Græcis à visus acumine Draconis nomen accepit;Romanus olim populus aures quidem vt legimus hebetiores, oculos verò & acres habuit,& acutos;At horum è diuerso quales fuerint aures non eloquar,hebetiores fuisse,videtur dici posse non falsò. Quales iam fuerint, quos dicebam Onomastici curatores non multis expediam; eorum opera res acta leui brachio est, ac negotium omne quasi somno premerentur, vel oscedine laborarent,somniculosè,oscitanterq;confectum: forsitan quòd ità poscere videretur,aut operis humilitas cum de vocibus agatur,& voculis; aut paruitas conditoris, cum sit vnus è vulgo, & pretij nullius. non magno curandum opere sunt arbitrati, quod fuit eorum vel muneri creditum,vel fidei commendatum:duo illa, quæ ab Oratore cognorant tenuere: alienis implicari, mole-

stum

ſtum eſt:ſatis,ſuperq;ſibi eſt ſuarum cuiq;rerum cura,duo illa è contrario retinenda penitus fuere,& pro re nata publicitus exhibenda. Platonis vnum,Stoicæ alterum diſciplinæ,non nobis ſolum,ait Plato, nati ſumus, ortuſque noſtri partem patria vendicat, partem patentes, partem amici. Stoicis verò ſic placuit: quæ in terris gignuntur ad vſum hominum creari, homines autem hominum cauſa eſſe prognatos, vt inter ſe alij alijs prodeſſe poſſent.mutuam hìc beneficentiam ſuaderi nemo non videt, qua nihil præſtantius eſt, vt Philologiæ Princeps admonet,nihil naturæ hominis accommodatius,beneficijs enim excellentes viros cœlitibus inſeruit beneficentia, quæ olim apud Ægyptios belluas etiam conſecrauit. Vtilis,eleganſque obſeruatio eſt,quam Romanus orator obſeruat,cur veteres Iouem antè optimum quàm maximum nominarent. Vt aptius quæſtio diſſoluatur, eumdem par eſt ſic loquentem audire. Iuppiter, ideſt iuuans pater, quem conuerſis caſibus appellamus à iuuando Iouem, à Poetis, Pater, Diuumque hominumq; dicitur; à maioribus autem noſtris; Optimus, Maximus; quia maius eſt, certèque gratius prodeſſe omnibus quàm opes magnas habere. Quamuis autem Onomaſticum ijs non fuiſſet, quos dixi caſibus opportunum, nemini tamen exploratum eſt fore vt probetur in vulgus, faciat populo ſatis, multitudini non dubitanter arrideat, cum omni hac turba res Onomaſtico eſt futura, cogetur videlicet manus omnium peregrinari, manibus item omnium teri, atq; ſordeſcere, non diſcentium modo, ſed etiam docentium.Obuios illicò dabunt ſeſe cenſores, atque cenſorculi: præſto erunt naſutuli Ariſtarchi, momique Criticorum ſatis erit ſuperque improbantium,& affatim,& abundè: Caſtigatores non deerunt, non aberunt reprehenſores.Mirum hoc ne cuipiam videatur,bellua multiceps eſt multitudo, vt ait Plato, ſi quis verò, vt lyriſta Romanus, Cerberi cognomen vſurpet, multitudo bellua centiceps eſt,vt nemo vnus ambigat, quin quot capita ſunt, tot etiam ſententiæ ſunt futuræ; ſcinditur incertum ſtudia in contraria vulgus, vatis verbum eſt, illud Oratoris, vulgo nihil incertius, in quo non eſt conſilium, non ratio, non diſcrimen; eiuſdem illud quoque: multo plura iudicant homines aliqua mentis permotione, quàm veritate, atque præſcripto. Demum eiuſdem & illud: Ex veritate pauca, ex opinione multa æſtimat vulgus; effectus eloquentiæ, aiebat Philologiæ Princeps, audientium eſt approbatio, ipſe non ineptè dixerim, non inſcitè. Onomaſtici effectus eſt multitudinis commendatio, atqui cum bellua hæc ſit, vt dixi, multiceps, aut centiceps, difficile factu erit, vt quod ſcripſi & probetur in vulgus, & ſit multitudini non ingratum. Cùm igitur diuerſa ſint vulgi ſtudia, ſententiæ diſpares, variæ voluntates, optata quorumdam ſuper opere hoc, quia nec dubia ſunt, nec incredula non tacitus præteribo. Multilingue alijs vel cordi fuiſſet Onomaſticum, vel voluptati, hoſce videlicet cupitores, aut æuo mithridatico natos oportuit, aut quia diem obijt mithridates, idem eſſet ab inferis excitandus: quo de, ſic tradunt Hiſtoriæ, Mithridates Pontis, ac Bithiniæ Rex duarum, & viginti gentium, quas ſub ditione habuit, linguas percalluit, earumque omnium gentium viris haud vnquam per interpretem loquutus eſt: ſed vt quemque appellare vſus fuit, perindè lingua ipſius non minus ſcitè, quàm ſi gentis eius eſſet,loquutus eſt, ab hoc nimirum Rege voti compotes non dubiè diſcederent linguarum complurium auidi petitores. Paucitas vtique, vt mea fert opinio, fuit optanda, non multitudo linguarum, quo pauciora tutius, & honeſtius verba funderent ij, quos loquendi occupat morbus. Vnius modò linguæ miniſterio ſi verba propè innumera funditantur, multiplicatis iam linguis, neſcio qui

aut

aut loquendi modum, aut garriendi finem importuni faciant loquutores: duo nimirum sunt, si græcos audimus, quæ mortalium plerosque sibi obstrictos tenent, inscientia, quæ multa, vt facundiæ docet antistes, in hominum vita versatur: & multitudo verborum, quam iure loquendi morbum dixere maiores; quia hoc genus homines in verba prouectos, & loquutuleios, & blaterones, & linguaces non iniuria vocitarunt. ad linguæ procacitatem coercendam poetarum prudentissimo auscultandum Hesiodo est; qui monet, linguam perinde vt thesaurum non esse vulgandam, sed recondendam, eiusque esse in promendo gratiam plurimam, si modesta, & parca sit, & modulata. ipsamet natura dum linguæ vallum opposuit, non dentium modo, sed labiorum loquendi parcitatem omnibus commendauit, atque præscripsit, eis maximè, quorum oratio largiloqui cùm sint non in pectore nascitur, sed in ore, contra morem scilicet Vlissis, qui sapienti facundia præditus vocem (vt ait Homerus) ex pectore, non ex ore mittebat. Lucro igitur Anagnostæ apponant, si eisdem non multilingue offerimus Onomasticum, sed bilingue. Quidam verò qui breuiora omnia cupiunt, & minuta, qui homunculos, homulosue comprobant spitamœos, quibusque myrmecides minutorum opusculorum fabricator arridet, formæ, figuræue minoris Onomasticum peroptarunt; Enchiridio vtique proximum, aut pauxillo cuipiam libello persimile, vt vestiario inditum sacculo posset quoquo tempore, aut quoquo versus gestantis arbitrio circumferri. Non aliena fortasse cupiditas videretur, si res, aut equites, peditesue tangeret viatores, aut si errones quosuis non multiuagos tantùm, sed omniuagos res maneret: quoniam verò id genus volumen ijs potissimum destinatur, qui suo quisque affixi museo vitam sedentariam, & vmbratilem actitant schematis formæue maioris codex, cuius lectitanti erit aptior, quam minoris. typo alios grandiore opus hoc iuuaret impressum, minusculas enim dolent litterulas formicina veluti cruscula legentium oculis obuersari; Græcorum hic agnosco nictalopas, myopasue, quos latini vocitant lusciosos, proinde in rem suam iure litteras expetunt grandiores; hi breue hoc responsum ferant: me non Mijopibus, vel Nictalopibus, non cæcultantibus nec lusciosis, sed vt mortalium plerique sunt, vel clarè videntibus, vel non malè oculatis Onomasticum condere sum arbitratus. Hoc genus hominum, aut collyrio aliquo sibi consulant, si quid profici possit, aut marathro, seu fœniculo, cuius & gustatu senectam exuunt angues, & succo aciem reficiunt oculorum, sic enim produnt Phisiologi: fœniculum, aiunt, nobilitauere serpentes; gustatu senectam exuendo, oculorumque aciem succo eius reficiendo, vnde intellectum est hominum quoque caliginem præcipuè eo releuari. Quibusdam verò, qui sumptuariam professi legem nihil magis, quàm impensa reformidant, modici admodum, paruique sumptus Onomasticum perplaceret, quod vili coemptum rem nummariam leuiter oneraret. Acu forsan rem ipse tangam: sordidis ac deparcis capitibus vel diobolare, vel ad summum triobolare Onomasticum arrideret, Cupiditatis huiusce causa si fortè sit seu census tenuitas, seu breuior argirotheca, seu marsupij macritudo nihil vel pusillum errati est. Si verò habendi amor cupidinem hanc fecit, cupitor erit vel inter auaros, vel inter macropsychos reponendus; auari enim non ea solùm, quæ habent libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu: Micropsychi verò cum paruo sint animo, minutoque, sumptum quemlibet perhorrescunt; id genus quippe hominum non grauis est, paulo largior impensa; sed mortis instar aeris vel parua detractio. Non defuere nouitatis amatores, quibus complacitum est Onomasticum transnominare; vt quod ante

hoc

hoc tempus Romani cognomen passim ac vulgo gessit, post hanc diem, abolita veteri Eponimia, vel Felicianum diceretur cognomine, vel Sabinum. Nullo tamen pacto debuit transnominari, cùm iam pridem Operi Romanum cognomen arriserit, quod quidem fuit non modò genitiuum, sed antegenitale: priùs enim quàm lucem aspiceret, operis conditor haud alio destinauit afficiendum cognomine, quàm quo ad hoc æui affectum diatribas, & musęa circumijt. Iure suo igitur cognomen in posterum retinebit, quod iure suo in præteritum gestitauit, Romani autem cognomen inditum operi est, quia Romanum sermonem hoc est latinum docet: quia eius conditor vt Sabinus Romanos è Sabinis oriundos, haud dubia cognatione contingit: postremò quia Romæ conditum est, quam Regum vrbem Pyrrhi Regis legatus Cineas dixit; alij vrbium Principem, Populique omnium gentium victoris altricem, alij Orbis terræ caput, atq; Miraculum, alij rerum dominam Regumque pulcherrimam nominarunt. Quidam denique Onomasticum optarent vndique perfectum, omnibus expletum partibus, & quod aiunt Stoici numeris omnibus absolutum, hoc est vocibus offertum adeò, vt vox planè nulla sit, quæ non sit obuia quæritanti. Rerum vniuersitati, vt video, cuius & Architecton fuit, & molitor Deus, verborum additam vniuersitatem, multiuoli Petitores: hanc ex Onomasticographo vniuersi non petunt modò, sed exigunt, non inconsultum sanè optatum, non incongruens, non alienum, si onus modicis æquum viribus imbecilla per se mortalitas comprobaret, aut si res habitura esset facultatem, qua quoniam deficitur earum habenda est numero, quæ fieri neutiquam possunt; atqui horum optatis facient satis eruditorum profata, quæ plura & luculenta nobis fauent impensius; sunt autem huiuscemodi: præclara quæ sunt eadem sunt & rara: difficilius nihil est quam reperire quod suo in genere sit omni ex parte perfectum, omnibus in rebus optimi perfectio difficilis est: simplici in genere natura omni ex parte perfectum nihil expoliuit, Ne canis quidem ipsis cunctarum rerum prudentiam dedit natura; & quicumque sunt habiti mortalium sapientissimi, multa dicuntur scisse non omnia. Cœterùm vera vt eloquar, dum talia super Onomastico flagitant huiuscemodi Cupitores, bona illorum venia dixerim aliena omnino dicunt, non inter se cohærentia proferunt, adynata postulant & quod pluris est pugnantia se loqui non vident. Quod verò ad me attinet illud velim omnibus innotescat precariam mihi planè fuisse, & aduentitiam, non arbitrariam, siuè vltroneam Onomastici confecturam. Rogitanti enim amico sum obsequutus, vel morigeratus. Quocircà & onus, & opus in me suscepi. Onus quidem ipsum Ætna, vt aiebat ille, grauius, ac proinde prorsus ingestabile, opus verò arduum, & operosum adeò, vt septicum, vel tabificum dici queat non malè, insaniæ proximum quispiam dixerit, cum insaniæ faciundæ videri possit accommodum. In vltima quadam terra, quæ Albania dicitur memoriæ proditum est gigni homines, qui in pueritia canescunt, citò canescere cupienti haud opus Albania est, Onomastica scribat vt citò canescat; si quam ipse fidem apud alios, & re ipsa expertus, & diutino vsu edoctus inueniam: ità pronuncio neminem fore modo sui compotem, qui se ad Onomastica conferat conscribenda, si rem suo pendat pondere, aut æqua, vt aiunt, pensitet lance, si non vulgarem, siue triuialem adhibeat scribendi modum, si nullius adminiculo, sed vt dicitur Marte suo scribat, si demum opus efficiat vndique absolutum, ac proinde probetur in vulgus; quæ omnia si attentiùs pensitantur, Onomastica scribere destinantes afficient adeò, vt optabiliora sibi iudicent ministeria licet humilia & abiecta, & ingloria, quibus

aut

aut institores, aut grytapolæ, aut scoparij, aut id genus homines occupantur, quàm condendis Onomasticis detineri. Onomasticorum sibi vel arbitrium, vel censuram nemo non vendicat. Censores primum, atque censorculi, deinde docentes, discentesque, postremò vtrumque vulgus & eruditum, & rude, horumue arbitrio si anicularum fortè accedat iudicium, hoc genus censura, ceu perfecta vndique suos omnes, vt aiunt Stoici, numeros continebit. Onomasticographi ob materiæ humilitatem, paruitatemque scriptorum loco, ac numero vix habentur, duram quippe scribendis Onomasticis capiunt prouinciam, eamdemque molestam, & operosam, (& quod peius est) propè tabificam, non tamen vulgo admirabilem, non speciosam, non prædicabilem, non magni nominis effectricem, minoris vtique scripturæ quasi humilium, ac minutorum operum conditores, id, me iudice, assequuntur, vt cognomine Rhyparographi queant non immeritò nuncupari, velut minutorum, & humilium pictores Rhyparographos legimus appellatos, eadem enim vox & pingere significat græcis, & scribere, omnino scribentium Onomastica infelix, & improspera conditio est: id enim ab eis exigunt omnes, quod à nullo scribente requirunt; si quis Ethica scribat, vel physica, si quis Oeconomica, vel politica litteris prodat, si quis hoc genus alia scriptitet, nemo vnus erit vel flagitator imprudens, vel iniquus nostrarum virium pensitator, qui à scribente flagitet, vt quidquid quoque in genere scribi queat, id omne nullo prorsus omisso in medium afferatur. Onomastica duntaxat scribentium ista pensio est, à quibus omnes, vt immites, ac rigidi exactores id exigunt pertinaciter, nulla vt planè sit vox, quæ non arbitrio sese offerat quæritantis. Contra si fortè accidat, Onomasticographi & opera, & oleum omnino perijt. Opus tanquam vocibus defectissimum arguitur: Operis auctor, vt scribendo parum idoneus maximè culpitatur, eò hæc dixi, vt omnes intelligant non esse cuiusuis Onomastica condere, condituri verò antequam prima operi manus accedat, etiam atque etiam cogitent, videantque quid in se suscipiant oneris, quàm operosum, & arduum, quàm tædij plenum, & ingestabile, quàm censoribus, atque censorculis expositum, quàm multis & Aristarchorum, & Momorum arbitrijs opportunum. Vale mi Anagnosta vale, vale, & salue.

ONomasticum hoc, vt monogrammum, gracilentius ante hac, exuctiusque circumijt, posthac, vt adultum, longè habitius, atque succosius oberrabit. Cui farciendo, quadrifariam Onomasticographi laborauit industria, vt in promptu anagnostarum votis quadrigemina sit supellex. Habita enim ratio est primum voculationis, vel prosodiæ, tum loquendi modulorum, dein copia idiomatis vtriusque, Latialis, atque Vernaculi. Nec vocum Tyrrhenicarum omissa est cura, quo Philonomastici, vno eodemque studio Tyrrhenicè doceri valeant, & latinè.

ONO-

ONOMASTICVM ROMANVM.

A B



ABacare, Sen. albacare, voce, che par tratta da abaco, ma non ha che far con quel significato, vsandosi dal volgo per vaneggiare, vedi vaneggiare.

Abacchiare. Fior. battere con bacchio, cioè bastone, ò pertica.] Baculo, vel pertica percutere, ex Ouid. 1. fast. & Cic. pro. Rosc. Am. 2. fuste, vel pertica verberare. ex Plaut. in Amph. & Bacch.

Abachiera Sen. albachiera. Fior. ragioniera, cioè computatrice, ò calculatrice, donna intendente d' abaco, che sà cõputare, ò calculare, e far conti.] Calculatrix, cis. 1. 3. & 4. l. & 2. b. ex Mart. l. 10. ep. 62. & Cat. c. 143. 2. Rationatrix, cis. 1. 2. & 4 b. 3. & 5. l. ex Cic. 1. off & Quint. l. 3. c. 4. 3. Rationaria, riæ, 1. 2. & 5. b & 3. & 4. l. ex Amm. Marc. & Plin. l. 11. cap 24. Tabularia, riæ. 1. 2. & 4. b. 3. l. ex Sen. l. 13. ep. 89 & Plin. l. 21 c. 2. 5. Mulier arithmetica, ex Plaut. 6. Mulier arithmeticæ docta, vel polita, ex Suet. de Clar. gram. 7. & Aristot. 7. Mulier arithmeticis exculta, vel erudita, ex Cic. ad Att. l. 13 & 2. off 8. Mulier arithmeticis instructa, vel instituta. Ex Cic. ad Att. l. 13. & 1. deor. 9 Mulier computandi, vel supputandi perita, ex Cic. 2. Phil. & 3. off 10. Mulier ratiocinandi docta, vel callens. Ex Virg. 10 Æn. & Plin. l. 21. c. 31. 11. Logistica, cæ. 1. & 3. b 2. 1 ex Plat. 12. Mulier à rationibus, ex Suet. in Claud. 13. Mulier calculo imbuta, ex Iulio Capit. 14. Mulier computationis vel ratiocinij gnara, vel sciens ex Plin l. 6. c. 33 15 Computatrix, cis. 1 3. l 2 b. ex Scop. in Spic. 16. Supputatrix, cis f. g. 1. 3. l 2. b. Thes. græc. 17. Mulier arithmetica, ex Aristot.

Abachiere, & abachista. Sen. albachiere, & albachista: Fior. ragioniere, & algorista, cioè calculatore, computista, ò computatore: huomo intendente d'abaco, che sà computare, ò calculare, e far conti.] Calculator, ris. 1. & 3. l. 2. b. Mart. l. 10 ep. 62.

> Nec calculator, nec notarius velox
> Maiore quisquam circulo coronetur.

2. Ratiocinator, ris. 1. 2 & 4. b. 3 & 5 l. Cic 1 off Consuetudo, exercitatioque capienda est, vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus, & addendo, dedùcendoque videre, quæ reliqui summa fiat. 3. Rationarius, rij 1. 2 & 5. b. 3 & 4. l. Amm. Marc. Ex mercatore opulento rationarius apparitor. 4 Tabularius, rij. 1. 2. & 4 b. & 3. l. Sen. l 13 ep. 89 Arithmetica potius doceat, nihil ad rem pertinere istas computationes, non esse feliciorem, cuius patrimonium tabularios lassat. 5. Computator, ris. 1. 3. l. 2. b. 4. b. in rect. & l. in obl. Sen. l. 13. ep 88. Vos diligentissimi cõputatores sic rationem ponitis singulorum, quibus, aut pecuniam credituri estis, aut beneficia; nam hæc quoque expensa fertis. 6. Supputator, ris. 1. 3. l. 2 b. Thes græc. 7. Logista, stæ m. g. 1. b. 2. l græc. Plaut. de non irasc. 8. Psephista, stæ. m g. . . . . s. & 2. l græc. 9. Vir arithmeticus ex Aristot. 10. Vir arithmeticæ doctus, vel politus es Suet. de Clar. gram. 11. Vir arithmeticis excultus, vel eruditus, ex Cic. ad Att lib. 13. & 2. off. 12. Vir arithmeticis instructus, vel institutus, ex Cic. ad Att: l. 13. & 1. de or. 13. Vir computandi, vel supputandi peritus, ex Cic. 2. Phil. 14. Vir calculandi, vel ratiocinandi doctus, vel callens, & Vitru. & Virg. 10. Æn. 15. Vir computationis, aut ratiocinij gnarus, vel sciens ex Plin. l 6. c. 33. & Col. l 5 c. 1. 16. Vir à rationibus Suet. in Claud. cap. 28. 17. Vir calculo imbutus, ex Iul. Capit. dum ait: Puer calculo imbutus.

Da abachiere, abachiera, ò abachista addiect.] Ratiocinatorius, a, m. 1 2. 4. 7. b 3. 5 & 6 l. Matth Rad. in Mart. l. 10. ep. 62 2 Calculatorius, a, m. 1. 3 4 l. 2 5. b. Matth. Rad. ibidem. 3 Supputatorius, a, m. 1. 3. 4. l. 2 5 b. ex Lexic. & alijs. 4 Arithmeticus, a, m. 1. 4. b. 2. 3. l. ex Arist. 5. Logisticus, a, m. 1. 3 b. 2. l. ex Plat. 7. de Rep.

Da abachiere, ò da abachista, auuerb.] Arithmeticè, 1. 4. b. 3 5. l. ex Aristot 2. Logisticè 1. 3. b. 2 4. l. ex Plat. 3. Calculatoriè 1. 3 4 6 l. 2. & 5. b ex Cic. & Rad. 4. Ratiocinatoriè 1 2 4. 7 b. 3. 5. 6. l. ex Cic. & Rad. 5. Supputatoriè 1. 3. 4. & 6. l. 2. 5 b ex Cic. & Lexic.

Abachieruzzo, e ragionieruzzo: calculatorello, e computisterello, diminutiuo. abachiere, ragioniere, calculatore, ò computista piccolo.] Calculatorculus, li. 1 3. & 4 l. 2. & 5. b. ex Mart. lib. 10. ep. 56. cuius est vox calculator, ex Plaut. in Pœn. cuius est vox amatorculus. 2 Ratiocinatorculus, li. 1. 2. 4. & 7. b. 3 5 & 6. l. ex Colum. lib 3. cap. 3. cuius est vox ratiocinator, & Plaut. in Pœn. cuius est amatorculus.

Abachista, vedi abachiere.

Abaco, Sen. albaco, Fior. algorismo, & aritmetica, cioè arte, ò scienza di numerare, ò far conti.] Arithmetica, cæ. f g. 1. & 4 b. 2 & 3 l. Sen. l. 13. ep. 89. Numerare docet arithmetica, & auaritiæ commodare digitos: potius doceat, nihil ad rem pertinere, &c. 2 Arithmetica, corum, n g & num. plur. Cic. Att l. 14 ep. 8. Hæc conscripsi occubans apud Vestorium hominem remotũ à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum 3. Ars ratiocinandi, ex Cic. 1. Tusc. 4. Ars numerorum, ex Cic. 5. Ars calculatoria, ratiocinatoria, vel supputatoria ex Cic. & Rad 6. Ars, vel scientia numeralis ex Plin. 7 Ars, vel scientia logistica, ex Cic. & Plaut. 8. Logistica, cæ, seu logistice, ces. græc. 1. & 3 b. 2 l. ex Plat. 7 de Rep.

Abaco, carta, ò tauoletta dell'abaco.] Tabula ratiocinatoria, seu calculatoria Matth Rad. in Horatij carmen. Læuo suspensi loculos, tabulamque lacerto: tabulam ratiocinatoriam, inquit, seu calculatoriam intelligit. 2. Abacus, ci. masculini gen. 1. 2 b. Bud.

Abaco, Sen Albaco, qui vale calculo, ò computamento, cioè conto] Ratio, nis. f g 1. 5. b. Cic Phil. 5 Pecuniæ ratio in ædelopis confecta est. 2 Computatio, nis. f. g. 1. & 3. l. 2 4. b. Plin l 17. c. 22. Operarum ista computatio est. 3. Calculus, li. m g 1 l. & 2. b. Plin in Pan. Assuescat Imperator cum imperio calculum ponere: sic exeat, sic redeat tanquam rationem redditurus. 4 Ratiocinium, nij. n g. 1. 2. & 4. b. & 3. l. Col. lib. 5. c. 1: Hæc nõ aliena, nec procul à ratiocinio, quod tradituri sumus, breuiter præfari oportuit.

Far l'abaco, cioè calculare, far il conto.] Computo, as. 1. l. 2. b. Cic Phil. 2. Computerat hospitem præsens, computarat, pecuniam imperarat 2 Ratiocinor, aris. 1. 2. & 4 b. & 3. l. Cic. 1. Tusc. At nos metiendi, ratiocinandique vtilitate huius artis terminauimus modum 3 Calculo, as. 1 l. 2. b. Vitru. 4. Supputo, as, aui, atum.

Maestro d'abaco.] Calculator, ris. 1. 3 l. 2. b. Matth Rad. in illud Mart. l. 10 ep 62 Nec calculator, nec notarius velox. Hoc inquit loco Calculator dicitur is, qui ratiocinandi, seu supputandi artem, quam Græci arithmeticam nominant, docet: 2 Ratiocinandi, vel computandi magister, ex Cic. & alijs.

Scolaro d'abaco.] Calculator; ris. 1: 3. l. 2. b Matth. Rad. in Mart. l. 10 ep 62. ex D. Hieronymo Calculator, inquit, tam dicitur, qui docet, quam, qui discit. D. Hieron In litterario, inquit, ludo, vbi prima elementa excipiunt pueri abecedarij nuncupantur, vt syllabarij alij, quidam verò, & nominarij, nonnulli iam calculatores. 2. Ratiocinandi,

vel computandi discipulus, ex Cic. & alijs.

Intendente d'abaco, vedi abachiere.

Abante, nome proprio di due huomini, de quali vno fù Greco, e Rè de gl'Argiui, e l'altro fù Troiano, e compagno d'Enea.] Abas, ntis. 1.b.Virg.

Di Abante, nom.possess.] Abantæus, a, um, s.b 2.3.l Ouid.15. Met.

Discendente da Abante.] Abantiades, des, m.g. 1.3.4. b.2.l.

Abantico, cioè anticamente.] Antiquitus. 1.2 l.& 3.4.b. Quint.l 1.Opinio antiquitus accepta. 2.Iam inde antiquitus Plin. in Paneg. Video iam inde antiquitus maritos dearum, ac deorum liberos, non dignitate nuptiarum magis, quam ijs artibus inclaruisse. 3. Olim s.l. Ter.Eun. act. 2. sc. 2. Olim isti fuit generi quondam quæstus apud seclum prius. 4. Tempore antiquo, vel prisco. ex Quint. l.10 c 10.

Abbacinare, abbagliare, & abbarbagliare, dicesi di troppa luce, ò d'altro simile, che offusca la vista.] Perstringo, gis, vel præstringo, gis 1.a.l. Auct ad Her. Existimat se gemmæ nitore, & auri splendore oculos omnium perstringere.

Abbacinare per accecare, vedi accecare.

Abbadare, vedi badare.

Abbadessa. Sen. Badessa, Fior, Presidente, ò Superiora delle Monache. Abbatissa, æ.f g ex Gell.l.10 c 15.& Petr.Gal. 2. Antistita sacrarum virginum Tursel. in Xauer. lib 2. c.2. Erat Xauerij soror Gandiæ, (vrbs est Hispaniæ nobilis) antistita sacrarum virginum, quas ob summam vitæ asperitatem discalceatas appellant. 3 Virgo maxima ex Suet. in Do mit. c.8.4 Monialium, vel sanctimonialium moderatrix ex Plaut. & Ven.5 Monasticarum rectrix ex Col.6. Monasterij, vel asceterij gubernatrix aut temperatrix, ex Tac.7. Antistes monastica ex Val. Max 8 Monastriarum, vel Asceteriarum præses ex Pandect vbi voces sunt monastria, & asceteria, & Senec. Hippol. cuius est Dea Terræ præses.

Abbadia, Sen. badia, Fior. abitatione, ò Chiesa d'Abbate, e Monaci,] Abbatia, æ.f 2.3 l Hor. Tursel.Laur. hist. lib 4. cap. 14. Syluestrinorum Præpositus Generalis Lauretano templo Abbatiam, Pontifice approbante, concessit. 2. Monasterium, rij.n g Petr Gal.3 Monasticum domicilium, vel cœnobium 4 Monachorum vel monasteriarum sedes.

Abbagliamento, & abbaglio, qui val error di vista, ò d'altro simile.] Hallucinatio, nis, f g 1 2 4.l.3.b.Varr.2. Erratio, nis, f g.1.2 l.3 b.Pomp.Fest. l. 1. Hallucinatio erratio est. 3. Error, ris. m. g. 1.l.2.b. in rect. & l.in obl. Cic 4. Acad.

Abbagliamento mentale, e corporale.] Mentis, & corporis hallucinatio Var. apud Non. Marc & Nicol Perott. Aliud oscitantem vidit, atque illius quidem delicatissimas mentis, & corporis hallucinationes.

Abbagliare, & abbarbagliare, offender la vista, vedi abbacinare.

Abbagliare, & abbarbagliare, in neut errare per inauuertenza, ò per debolezza di vista.] Hallucinor, narts, verb. dep. 1 2.l 3 b. Auct. Comment. ling. lat. t.1. hallucinari propriè ad oculos referunt nonnulli, eiseque dicunt idem, quod in contuendo; & conspiciendo errare, ac falli, dum alterum pro altero capimus.

Abbagliarsi, pigliar errore, ingannarsi.] Erro, as. 1.a.l.Cic Att. l.1. ep 13 Erras Clodi: non te iudices vrbi, sed carceri reseruarunt.

Abbaglio, & abbagliare, vedi abbagliamento.

Abbaiamento, e latrato; propriamente l'abbaiar del cane.] Latratus, tus m.g 2.com 2 l. Var. de ling l.6. Quod voce indicant, quæ noctu latent latratus appellatus est. 2. Baubatus, tus m.g 5.2 l.Nicol Perott.

Abbaiamento, metafor.il dir mal d'altri.] Obtrectatio, nis, f. g.1 2.3.l.4.b. Cic.l.1.ep.7. Maleuolentissimis quorundam obtrectationibus nos scito de vetere illa nostra, diuturnaque sententia propè iam esse depulsos. 2. Obtrectatus, tus, m. g. 2. 2. 3.l Gel. lib.20. cap. 10 Quæ porro noua sibi, ignotæque offenderint, æquum esse puto, vt sine vano obtrectatu considerent.

Abbaiante, ò latrante part che abbaia, ò latra.] Latrans, latrantis, om.g.1.com.2.l.Virg.ecl 3.

Abbaiare, e latrare propriamente, fare la voce, ò il suono del cane.] Latro, as, 1 com.Cic. pro Rosc. Am. Ince quoque canes latrant, cum Deos salutatum aliqui veniunt Plaut. in Pœn. Etiamne meæ in me latrant canes. 2. latratum edere, Plin.l.7.c 2. Megasthenes auctor est, in multis montibus genus hominum esse capitibus caninis, ferarum pellibus velari, pro voce latratum edere, vnguibus armatum venatu, & aucupio vesci. 3. latratum mittere. Ex Col. & Liu. 4. Latratum emittere ex Var. & Quint. 5. Latratum dare, ex Plin. & Ouid.6 Baubo, bas, vel baubor, aris, depon. Non. Marc. Baubare est latrare, à canum voce, & Lucret. & cum deserta baubaretur in ædibus omnes.

Abbaiare, Metafor. Dire male d'altri.] Allatro, as. 1.l.2.com. Colum l 1.præf Studium canioum (sicut dixere veteres) locupletissimum quemque allatrandi præstantius non est. Liu lib.8 bel Maced Is, viuo quoque eo, allatrare eius magnitudinem solitus erat 2. obtrecto, as, 1.2.l Cic.3 Tusc.& inuidere ægritudinem est. & æmulari, & obtrectare 3. obloquor, eris, 1.l 2 b Plaut Curt 4. oblatro, tras, 1.l.2.com. Sil.It.lib.8.

Abbaiare insieme] Conlatro, as, 2 com Sen.de vita beata cap. 17. Nonnulli Philosophiam conlatrant.

Abbaiare di quà, e di là, ouer in quà, e'n là.] Dilatro, as, 1.l.2. com.A Gell l.1.cap 2.

Abbaiare contra, ouero attorno.] Oblatro, as.2 com. Lactant. l 5.& Sil It.l.8.

Abbaiato partic. Quegli contra del quale s'abbaia.] Latratus, a, m Stat 1.Achil.

Essere abbaiato.] Latror, aris, 1 com. Plin. lib. 25. c 10.

Abbaiatore propriamente. Che abbaia] Latrator, oris, m.g. 1.com 2.l.3 b.in rect & l.in obl. Virg. Æn.l 8. omnigenumque Deum monstra, & Latrator Anubis.

Abbaiatore metafor. Detrattore, Maldicitore.] Obtrectator, ris, 1 2.3. l.4 b in rect.& l.in obl.Cic.pro Plan. communes obtrectatores, atque omnium inuidi multa finxerunt.2.obloquutor, ris, 2.3.l 2 4.b.in rect. & l.in obl. Plaut. in Mil. Obloquutor non sum alteri.

Abbaiatore, qui vale gridatore, ò sclamatore.] Clamator, oris, s.& 2 l.Cic de Clar.Or.Ego ita de vnoquoque dicam, vt intelligi possit quem existimem clamatorem, quem oratorem fuisse.

Abbaiatore, che abbaia contra, ò intorno.] Oblatrator, ris, 1. 3.l.2.com.ex Plaut.

Abbaiatorello, diminut. d'abbaiatore,] Latratorculus, li. 2. com 2.3.l 4.b.ex Plaut & Virg.

Abbaiatorello, cioè, detrattorello, maldicitorello] Obtrectatorculus, li.1.2.3.4.l.5.b.ex Plaut. & Cic.2. Obloquutorculus, li.1.3.4.l.2.5 b.Ex Plaut.in Poen.& Mil.

Abbaiatorello.cioè, gridatorello] Clamatorculus, li.s.2.3.l.4. b.Ex Plaut & Cic.

Abbaiatrice, colei che abbaia,] Latratrix, cis.2.com 2.3.l.ex Virg & Plaut.in Mil.

Abbaiatrice; Che abbaia contra ò intorno.] Oblatratrix, cis, f.g.1 2 4. l 2.com. Plaut. in Mil. Nolo mihi oblatratricem in ædes intromittere.

Abballare, & imballare. Far balle.] Fasces, vel Sarcinas componere, Ex Ter. Hæc. act 4. sc.3. & Gel. l. 9. c.4. 2. Fasces, vel Sarcinas conuoluere. Ex Plin. Gel. & Cæs.

Abbandonamento, & abbandono. l'abbandonare.] Relictio, nis, f.g.s.3.b.2.l.Cic.Act.l 26.c 4.& 3.Verr. Quibusdam, relictionem, proditionemque consulis sui gratiam sperat fore. 2.Deserrio, nis, f g.1 2 l 3 b. Liu dec.5.lib.5 Cur execrabilis ista nobis solis veluti desertio generis humani est. 3.Destitutio, nis, f.g.s.3.l 2.4b.Cic.pro Clu. Qui se motos errore, destitutione iratos Oppianico reddiret.

Abbandonare vno, per accostarsi à vn'altro.] Desciscere ab aliquo ad alium Cic.

Abbandonamento totale.] Derelictio, nis, f g.1.3.l.2.4.b. Cic. de

de Off. l. 3. Communis vtilitatis derelictio contra naturam est: est enim iniusta. 2. Derelictus, tus, m.g. 2. 3. l 2. b. Cels. L. 4. c. 12. Si quis arborem suam, vineamq; habuerat derelictui, non id fine pœna fuit.

Abbandonare, lasciare, mettere in abbandono, ò piantare.] Linquo, quis, liqui, lictum, 1 l. Cic. de Fat. Quæ Causa in rerum natura continebatur fore, vt Philoctetes in Insula Lemno linqueretur? 2. Relinquo, is. 1 b. 2. l. Cic. de Fat. Ex æternitate vera fuit hæc enunciatio. Relinquetur in Insula Lemno Piloctetes. 3. Desero is. deserui, desertum. 1. l. 2. b. Cic ad Q. Fr. l 2 ep. 2. Ego quid sperem non dispicio, cum inimici plurimùm valeant, amici, partim deseruerint me, partim etiam prodiderint. 4. Destituo, is, 1. l. 2 3. b. Cic. pro Rosc. Am. Roscius socios induxit, decepit, destituit.

Abbandonare affatto.] Derelinquo, quis, 2. 3. l. . b. Cic. pro Planc. Sitientem me virtutis tuæ deseruisti, ac dereliquisti 2. Habere derelictui, cum accus. rei, vel pers. Cels. l. 4. c. 12.

Abbandonare spesso.] Deserto, as, 1. 2. l Nic. Per. A verbo desero fit deserto frequentatiuum. Accius: Cum me solum vterque parens desertassent.

Abbandonarsi, cioè, perdersi d'animo, ò sbigottirsi, vedi perdersi d'animo.

Abbandonatamente auuerb. senza ritegno:] Præcipitanter 1. 4. l. 2. 3. 5. b. Lucret. l. 3. Currit agens manos ad villam, hic præcipitanter. 2 Procliuiter. 1. & 2. l. 3. & 4. b. Ex Cic. 3. Effrænatè. Cic. de Sen.

Abbandonatissimo, superl.] Desertissimus, a, m. 1. 2. 3. l. 4. b. Ex Cic. & Hor.

Abbandonato, partic.] Relictus ta, tum, 1. b. 2. l. Plau. Cist. Omnibus relictis, mihi frequentem operam dedistis. 2. Desertus, ta, tum 1. 2 l. Plin l. 18 c. 5. Nihil est damnosius deserto agro 3. Destitutus, ta, tum, 1. 3. l. 2. b. Cic. 1. Off.

Più abbandonato. Compar.] Desertior, & hoc, tius, Cic. in Pis. Sic iste triennio post in vrbem se intulit, vt nullius negotiatoris obscurissimi reditus vnquam fuerit desertior.

Abbandonato affatto.] Derelictus, ta, tum, 1. 3. l 2 b. Plin. 10. c 60. Oua vrina fiunt incubatione derelicta, quæ alij cynosura dixere.

Essere abbandonato, verb. Pass] Linquor, queris, 1. l. Curt. l. 9. Patefacto latiùs vulnere, & spiculo, euulso ingens vis sanguinis manare cæpit, linquique animo rex, & caligine oculi 2 offusa, veluti moribundus extendi 2 Relinquor, eris. 1. b. 2. l. Cic. Att. lib 8. Tyronem nostrum à quartana relictum audia. 3. Deseror, eris. 1. l 2 b. Cic Att. lib. 3. Ego ita doleo, vt non modò à mente, non desærar, sed id ipsum doleam, & cæt. 4. Destituor, eris, 1. l. 2. 3. b. Cic. Att, Ità sum destitutus, vt nihil requietis habeam.

Tenere per abbandonato.] Habere pro derelicto. Cic. ad Att. Oppida, atque oram maritimam ille pro derelicto habet.

Abbandonatore; Quegli; che abbandona.] Desertor, oris. 1. 2. l. Cic Att. l 8 ep. 9. Quid hoc miserius, quàm alterum existimari conseruatorem inimicorum, alterum desertorem amicorum.

Abbandonatorello, diminut.] Desertorculus, li. 1. 2 3. l. 4 b. ex Plaut in Pœn. & C c ad Att.

Abbandonatrice, Quella, che abbandona. Desertrix, cis, 1. 2 3. l. ex C c & Plaut.

Abbandonatricetta, diminut.] Desertricula, læ, 1 2. 3. l. & 4 b. Ex Cic. & Hor.

Abbandono. 3. l. Vedi abbandonamento.

Lasciare, ò mettere in abbandono; vedi abbandonare.

Abbarbagliare, abbagliare, vedi abbacinare.

Abbarbagliato: Quegli, che in vedere, ò considerare vna cosa s'inganna.] Hallucinatus, ta, tum, 1. 2 4. l. 3. b. Ex Cic. 1. de nat.

Abbarbaglio, vedi abbarbagliamento.

Abbarbicare, per mettere radici, vedi barbare.

Abbarcamento Fior. ammontamento, Sen. ammontinamento, cioè l'abbarcare. ammontare, ò ammontinare.] Aceruatio, nis, f. g. 1 4. b. 2. 3 l. Plin. l 11. c. 53. Homini cibus vtilissimus simplex: aceruatio saporum pestifera, & condimenta perniciosiora 2 Coaceruatio, nis, f g 1 2 5. b. 3 4 l. Cic. in Part.

Abbarcare, Fior. ammontare, Sen. ammonticare, far mucchio, ò montone.] Aceruo, as, 1. b. 2. l. Plin. lib. 6. cap. 4. Plura vndique aceruabimus. 2. Coaceruo; as, 1. 2. b. 3. l.

Abbaruffare, mettere in confusione.] Confundo, is. 1. 2. l. Cic.

Abbassagione, & abbassamento. Fior. anche bassamento. L'abbassare, ouero il bassare, vedi bassamento.

Abbassamento, depressione, sommissione.] Inclinatus, tus, m. g. 1. 2 3 l. Ex Gel. l. 3. c. 12 2. Inclinatio, nis. f g. 1 2. 3. l 4. b Ex Liu 4. bel Pun 3. Demissio, nis f. g. 1. 2. l 3 b. Cic. 3. Tusc. 4. Submissio, nis. f. g 1. 2. l. 3. b. Cic. 1. Off.

Abbassare, vedi bassare.

Abbassare l'ardire d'alcuno.] Comprimere audaciam alicuius.

Abbassare, metaf Humiliare. sommettere.] Demitto, is, 1. 2. l. Cic. 1. de Inu. Oratione habita grauiter & sententiosè demittitur animus hominum, & ad misericordiam comparatur. 2. Submitto, is, 1. 2. l. Cic. de Am. vt ij qui superiores sunt, submittere se debent in amicitia, sic quodammodo inferiores, extollere.

Abbassare, deprimere, ò auuilire.] Deprimo, is 2. l 2. b. Cic. in Pis. Vos meam fortunam deprimitis, vestram extollitis.

Abbassarsi, vedi sbassarsi.

Abbassato,] Deiectus, ta, tum, 1. 2. l. 2. Depressus, sa, sum. 1. 2. l. Demissus, sa, sum. 1. 2. l. ex Cic. 3. Tusc.

Abbatte il superiore de Monaci, ò padrone d'Abbadia.] Abbas, tis. m. g. 1 2. l. Bud. & Gres 2 Abbas, abbæ m. g. Georgius Valla 3 Archimandrita, tæ m. g. 1 3. 4. l. 2. b. Lex. græcolat. Archimandrita est, qui pluribus monachis præest, abbas, inquit, Bud. 4 Monachorum, vel monastarum Antistes Ex Greg. & Turs. 5. Antistes monasticus, vel asceticus, ex Greg. & Cic. 6. Monasterij, vel asceterij moderator, ex Greg. & Cic. 7. Monacorum præses ex Dyonis.

Abbattere, porre in sbaraglio,] Sterno, nis, aui, atum. 2 Profligo, gas, aui, atum. 3. Prosterno, nis, aui, atum. Pall. 4. Fundo dis, di, sum.

Abbattere, atterrare, mandare à terra Euerto, tis, 1. 2. l. Cic. pro Mil Addè casus, adde incertos exitus pugnarum, Martemque communem, qui sæpè spoliantem iam, & exultantem euertit. & perculit ab abiecto. 2. Percello, is, perculi, perculsum. 1. 2. l. Cic. pro Dom. machinis sperant me restitutum posse labefactari, quibus antea stantem perculerant.

Abbattere la Vela, ò la Tenda, è termine marinaresco. Per calare la vela, ò la tenda.] Velum demittere. Ex Plin. & Virg.

Abbattere, cioè defalcare, vedi defalcare.

Abbattere, cioè, imbattersi. Vedi imbattersi.

Abbattimento, conflitto.] Conflictus, tus, m g. 1. 2. l. Cic. pro Cecin.

Abbattimento val distruttione.] Euersio, nis, f. g. 1. 2. l. 3. b.

Abbattitore, che abbatte, ò atterra.] Euersor, ris, 1 2 l. 3. b. in rect & l. in obl. Cic. in Part.

Abbattersi, imbattersi, incontrarsi à caso.] Incido, dis 1. l. 2. b. Cæs. 1. bell. Gall. & Cic. 4 4. Verr. 2 Incurro, is. 1. 2 l cum accus.

Abbattuto, vel destrutto, ò rouinato.] Euersus, sa, sum. 2. 2. l. Cic.

Abbatuffolare, Fior. cioè raccorre, ò metter insieme scompigliatamente.] Cogere confusè, vel confusim ex Plin. & Cic.

Abbellimento, vedi ornamento.

Abbellire, & abbellare; il primo è di prosatori, il secondo de poeti, vedi ornare.

Colei, che al bellisce, vedi ornatrice.

Colui, che abbellisce, vedi ornatore.

Abbellirsi, vedi ornarsi.

Abbellito, vedi ornato,

Abbendare, vedi Bendare.

Abbeuerare, dare da beuere, e dicesi propriamente delle bestie.] Adaquo, as. 1. & 2. b. Suet in Galba c. 7 Cum de proprietate iumenti quereretur, leuibus vtrinque argumentis, & testibus, ideòque difficili coniectur veritatis, ita decreuit, vt ad lacum, vbi adaquari solebat, adduceretur capite inuoluto, atque ibidem reuelato eius esset, ad quem spontè se à potu recepisset. 2. Potum dare cum dat: Plin. lib. 17 c. 26. Arborum communia remedia sunt, ablaqueatio, accumulatio, afflari radices, aut cooperiri, riguis dato potu, vel ablato.

Abbeueraticcio, cioè l'auanzo del liquore di chi hà beuuto prima.] Reliquiæ potionis, vel potus, ex Cic. 2. de nat. 2. Reliquum potionis, vel potus, ex Cic. 7. Ver. 3. Residuum potionis, vel potus, ex Suet. in Galba c. 7 4. Potio reliqua, vel residua, ex Cic. & Liu. 5. Potus reliquus, vel residuus, ex Plin. & Cicer.

Abbeuerato inteso di Bestie.] Adaquatus, ta, tum. 1 & 2. b. 3. l. ex Cæs. 1. de bel. ciuil.

Abbeueratoio, dicesi d'ogni luogo, ò vaso, doue beuono le bestie.] Aquarium, rij. n g. 1. 3 b. & 2. l. Cato de re rust. c. 1. Prædium sub radice montis fiet, in meridiem spectet, loco salubri, operariorum copia fiet, boumque, ibique aquarium, & oppidum validum prope fiet.

Abbeueratoio piccolo, e più breuemente, Abbeueratoretto, diminut.] Aquariolum 1, n. g. 1. 3. & 4. b. & 2. l. Ex Cat. & Lex.

Abbicare. Fior. far bica, cioè, cumulo, & è proprio del grano metuto.] Aceruo, as. 1. b. 2. l. Plin. Plura vndique aceruabimus.

Abbiettamente, auuerb. vilmente.] Abiectè. 1. 2. 3. l. Cic. Tusc. In dolore maximè est prouidendum nequid abiecte, nequid timidè, nequid ignauè, nequid seruiliter, muliebriterue faciamus.

Abbiettione, viltà.] Abiectio, nis. f g. 1. 2. l. 3. b. Cic. in Pison. vbi habetur animi debilitatio, atque abiectio.

Abietto, adiect. vile.] Abiectus, a, um. 1. 2. l. Cic. de fin. l. 5. nihil abiectum, nihil humile cogitant.

Più abietto, Compar.] Abiectior, & hoc, tius 1. 2. l 3. b. Cic. de Am. Sæpe io quibusdam, aut animus abiectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior.

Abbigliamento, l'abbigliare, ò l'adornare.] Concinnatio, nis, f. g 1. 2. 3. l 4. b Ex Cat de re rustica. c. 106. 2. Exornatio nis. f g. 1. 2. 3. l 4. b Cic de In. l 2.

Abbigliamento, qui vale ornamento, cioè, cosa con cui s'adorna, vedi Ornamento

Abbigliamenti di Cauallo, ò di Caualiero, e nobile.] Phaleræ, arum f. g. & num plur. & 2 b 3. l. Cic. ad Att. l. 15. ep. vlt. 2. Equi ornamenta Nicol. Perot.

Abbigliamento di donna.] Cultus muliebris. Plin. l 33. c. 1. Qui sic ait. Fabricam etiam Deum, fibulas, & alia muliebris cultus, inaures in primordio facti asse. 2. Mundus muliebris Sen. Nat. Quæst. l 1. c 17. Adeo nunc omnia indiscreta sunt peruersissimis artibus, vt quicquid mundus muliebris vocabatur, sarcinæ viriles sint.

Abbigliare, per adornare, vedi adornare.

Abbigliare inteso di Cauallo, ò di Caualiero, e nobile.] Phaleris insignire cum accusat. ex Virg. 7. Aen. 2. Phaleris instruere cum accus. Ex Ouid.

Colui, che abbiglia.] Concinnator, ris. 1. 2. 3. l. Colum. de Re rust. l. 1 præf. Capitumque, & capillorum concinnatores non solùm esse audiui, sed & ipse vidi.

Cosa pertinente à colui, che abbiglia.] Concinnatorius, a, um. 1. 2. 3. 4. l. 5 b Paul. in l. Instrumentum.

Abbigliato, partic. Acconciato, adornato] Concinnatus, a, um. 1 2 3. l. Ex Plaut. 2. Ornatus, a um 1. 2. l.

Abbigliato inteso di Cauallo, ò di Caualiere, ò Nobile.] Phaleratus, ta, tum. 1. & 2. b. 3. l. Liu. 10 bell. Pun. Munera, quæ legati ferrent Regi, decreuerunt, Sagula purpurea duo cum fibulis aureis singulis, & lato clauo tunicis, equos duos phaleratos.

Abbioccamento, l'abbioccare, inteso propriamente di galline.] Incubandi cupiditas. Col. de re rust. l. 8. c. 5 Inhibetur cupiditas incubandi, pinnula per nares traiecta. 2 Incubatus, vel incubitus cupiditas Ex Plin. & Col. Incubationis, vel Incubitionis cupiditas. Ex Plin. & Col.

Abbioccamento, l'abbiocare, inteso metafor. cioè l'auuilirsi, ò perdersi d'animo.] Animi contractio. Cic. 4. Tusc. Eodem vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio. 2. Animi defectio. Cic. Att. l. 3. epist. 18. Q. Frater homo mirus, omnia mittit spei plena, metuens, credo, defectionem animi mei.

Abbioccamento piccolo.] Animi contractiuncula. Cic. 3. Tusc. Hoc detracto, ægritudo erit sublata illa mœrens, morsus tamen, & contractiunculæ quædam animi relinquentur. 2. Animi defectiuncula. Ex Cic.

Abbioccare, ouero abbioccarsi. Sen. propriamente dicesi della Gallina quando vuole couare.] Velle incubare. Col. de Re rust. l. 8. c. 5. Oua, quam recentissima supponantur gallinis glocientibus: Sic enim rustici appellant aues eas, quæ volunt incubare 2 Cupere incubare. Col. de re rustic. l. 8. c. 5. Gallinæ incubare cupiunt ab Idibus Ianuarijs 3. Glocientem fieri ex Col. de re rust. l 8. c. 5. 4 Incubatum, vel incubitum meditari. Ex Col. & Plin. 5. Incubationem, vel incubitionem cogitare, ex Plin. & Cicer. 6. Ad incubatum, vel incubitum spectare, Ex Plin. & Liu. 7. Incubaturio, vel incubiturio, ris. 1. 3. l. 2. 4 5. b. ex Mart.

Abbioccare, ouero abbioccarsi. Metaforicamente vale auuilirsi, ò perdersi d'animo.] Animum contrahere, vel demittere. Cic. ad Q. F. l. 1. ep. 1. Hoc te rogo, ne contrahas, aut demittas animum. 2. Animo deficere. Cicer. pro Rosc. Am. Sin à vobis id, quod non spero, deserar: tamen animo non deficiam, & id, quod suscepi, quoad potero, perferam.

Abbiosciare. Fior. per ricadere.] Recido, is. 1. & 2. b. Liu. 4. bell. Pun.

Abbisognare. Fior. per bisognare. Vedi Bisognare.

Abbisso, propriamente. Profondità d'acqua] Aquæ altitudo, vel profunditas. 2. Aqua alta, vel profunda.

Abbisso di bontà, ò sapienza. Metaforic. Vale profondità di bontà, ò sapienza.] Bonitatis, vel sapientiæ altitudo.

Abboccamento, l'abboccarsi, cioè, parlarsi insieme.] Colloquium, colloquij. n. g. 1. l. 2 3. b. Var. de ling. l 5. Hinc colloquium, cum conueniunt in vnum locum loquendi causa 1. Collocutio, nis f g 1 3. l. 2. 4. b. Cic Phil. 11.

Abboccamento segreto.] Colloquium clandestinum. Cic. de Sen. Cum hostibus clandestina colloquia.

Abboccamento, che vuo fà con alcuno.] Cuiuspiam cum alliquo colloquium. Cicer. Att. l. 14. ep. 6 Antonij colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum.

Abbocamento, l'abboccare, inteso di Cane, quando prende la fiera.] Captus, captus. m. g 1. l Ex Plin. l. 24 c. 20. 2. Prehensio, nis. f. g. 1. 3. b. 2 l. Ex Cæs. de Bell. Ciu. l. 2. 3 Comprehensio, nis f g. 1. 3. l 2 4 b. Ex Cic. & Quint.

Abboccamento, l'abboccare, inteso di quando si finisce d'empire.] Expletio, nis. f. g. 1. 2 l. & 3. b. Ex Cicer. de fin. l. 5.

Abboccamento l'abboccarsi, cioè, ricontrarsi à combattere.] Congressus, sus m g Cic. 2. de Or. Ante congressum multa fiunt, quæ non ad vulnus, sed ad speciem valere videantur.

Abboccare, dicesi del cane, quando prende la fiera] Morsu, vel mordicus apprehendere. Plin. l. 11. c. 24 Aranei lacertarum catulos ve antur, hos primum, tela inuoluentes, & tunc demum labra, vtraque morsu apprehendentes, amphitheatrali spectaculo cum contingit. 2. Morsu, vel mordicus corripere Plin. lib 10 c 40.

Abboccare, finir d'empire il vaso.] Implere ad summum. Col de Re rust l 12. cap. 36. id mustum conijcies in amphoram nouam, & implebis ad summum. 2. Compleo, es. 1. l. 2. b ex C. pro Clu 3 Expleo, es 1. l 2. b. ex Plaut.

Abboccarsi, cioè parlarsi insieme.] Colloquor, eris. 1. l. 2 b. Cicer Att. l. 7. Formias venimus, & ab hora octaua ad vesperum, secretò collocuti sumus 2 Alloquor, eris 1. l. 2. b. Ter. in Andr. act. 2. sc. 2. Cessas alloqui? 3. Affor, aris, atus

tum, prima persona inusitata est. Virg 2. Æo. Tum sic affari, & curas his demere l. dis.

Attacarla ad vno, cioè fargli qualche burla, ò male.] Impono, nis. Cum datiuo personæ. Cic. ad Q Fr. lib. 2 ep 10. Catoni egregiè imposuit Miln. Tacit. l 15. Quibusdam luxuria specie liberalitatis imponit.

Me l'hai attaccata, ma te la rattaccherò.] Mihi imposuisti, sed reponam. Ex Iuuen. Sat. 1.

Come tu me l'hai attaccata, così io te la rattaccherò.] Idem tibi reponam. Ex Cic. lib. 1. epist. 9. Tibi idem reponam cum veneris.

Attaccare il male ad vno.] Contagione quempiam inficere. Ex Cic. 2. de Diu. & 3 de Leg. 2. Valetudine aliquem contactu inficere. Tacit. l. 5. 3. Morbum, vel contagionem transfundere. Cum accus. & præpos. in Ex Cic. 2. Philip.

Attaccare ad vno qualche vitio.] Aliquem vitio inficere. Cic 3. de Leg. Vt cupiditatibus Principum, & vitijs infici solet Ciuitas: sic emendari, & corrigi continentia 2. Vitium in aliquem infundere. Cic. 3. de Leg. Quo perniciosiùs de Rep. merentur vitiosi Principes, quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in Ciuitatem neque solum obsunt, quod ipsi corrumpuntur, sed etiam, quod corrumpunt, plusque exemplo quam peccato nocent.

Attaccare la scaramuccia, ò battaglia.] Prælium, vel pugnam committere. Cic.

Attaccare con chiodi, ò spilletti.] figere, vel affigere cum accus. Cic. Attic. lib. 3.

Attaccarsi, riferito à cosa viscosa.] Adhæresco, scis. Cato de R e rust.

Attaccarsi insieme.] Cohæresco, scis. Cic. 1. de Fin. Atomos ita ferri, vt concursionibus inter se cohærescant.

Attacco, metaforicam. Scusa, colore, ò pretesto.] Causa, æ. Liu. lib. 2. cap. 24. Vt per aliquam causam sustineret à tergo agmen.

Attamente.] Aptè. 2. Appositè. 3. Accommodatè.

Attanagliare, cioè tormentare con tanaglie infocate.] Candenti forcipe vellicare, vel torquere.

Attediare, cagionar tedio, vedi Tediare.

Atteggiare, far'atti, ò gesti.] Gesticulor, aris.

Attempare, ouero attempasi, vel inuecchiare, ouer'inuecchiarsi.] Senesco, scis, nui. 1. b. & a. l. Cic. de Or. Sensim, & sine sensu senescit ætas. 2 Senem fieri. Cic. de Sen. Solonem in versibus gloriantem vidimus, qui se quotidie aliquid addiscentem senem fieri dicit. 3. Senectutem adipisci. Cic. de Sen. 4 Ad senectutem venire. Cic. de Sen. 5. Veterasco, is, veteraui. 1. & 2. b. Col. lib. 2. cap. 15. 6. Vetustesco.

Attemparsi bene, ouer affatto.] Consenesco, scis, nui. 1. & 3. l. & a. b. Plaut. in Capt. Macesco, consenesco, & tabesco miser.

Attempato, diminut. alquanto attempato.] Sub grandis natu. Cic. ad Q Fr. l. 3 ep. 2. & 3. Ver. 2. Natu grandior. Cic. 2. de In. Consideratur in etate puer, an adolescens, natu grandior, an Senex.

Attemperatezza l'astratto di attempato.] Grandæuitas, tis. f g. 1. 2. & 4. l & 3 b Accius Alcimacho. Nec vos, nec ille impunè irrideret meam grandæuitatem. Pacuuius Hermione. 2. Longæuitas, tis. f. g. 1. 2 & 4. l 3 b Macrob. Saturn. lib. 7 cap. 10. Liquor vitalis longæuitate Siccatus est. 3. Ætatis, vel æui granditas. 4. Ætatis longinquitas. Ter. in Hec. a&. 4. sc. 2 Hæc mihi nunc cura est maxima, vt ne cui mei longinquitas ætatis obstet, mortemque exoptet meam. 5. Æuitas, tis. f. g. 1. & 3. l. & 2. b. Gell. lib. 20. c. 1. Verba sunt hæc de lege. Si in ius vocat, si morbus æuitasue vitium esset: qui in ius vocabit iumentum dato.

Attempatissimo superlatiuo, sommamente attempato.] Natu grandissimus, a, um. Ex Cic. 3. Ver. & Plin. l. 10 cap. 1 2. Natu maximus, a, um. Ter. in Adel. a&. 5. sc 4. Id mea maximè refert, qui sum natu maximus. 3. Summè grandæuus. Ex Cic. 4 de Fin. & Plin. l 2 c. 7. 4. Maximè longæuus. Ex Cic. 3. Ver. & Virg 6. Æn.

Attempato, particip. che hà del tempo.] Grandæuus, a, um. 5. & 2. l. Plin. lib. 2. cap. 7. E Dijs credunt alios esse grandæuos, semperque canos, alios iuuenes, atque pueros. 2. Longæuus, a, um. 1 & 2. l. Virg 5 & 6. Æn. 3. Natu grandis. Cic. 3. Ver. Spectaculum acerbum, & miserum; grandis natu parens adductus ad supplicium, ex altera parte filius. 4 Ætate prouectus, a, um. Cic. 2. de Diu. Equidem ex his etiam fructum capio laboris mei, qui iam ætate prouecti, in nostris libris acquiescunt. 5 Ætate grauis. Liu. 10 ab Vrb. Ingressi milites, refractis foribus, paucos graues ætate, aut inualidos inueniunt. 6. Annis maturus, a, um. Corn. Tac. l. 1 Tiberium Neronem, maturum annis, spectatum bello: sed vetere, atque insita Claudiæ familiæ superbia. 7. Annis grauis. Virg. 9. Æn. 8. Æui maturus, a, um. Virg. 5. Æn. 9. Æuo maturus, a, um. Ouid. 8. Met. 10. Aetate antecedēs. Suet. in Cæs. cap. 13. Cæsar potentissimos duos competitores, ætate, ac dignitate antecedentes superauit.

Esser più attempato.] Ætate antecedere, cum accus. pers. Ex Suet. supra cit.

Molto attempato, addiett, di molta età.] Aetatis plenus, a, um. Plaut. in Men. 2. Annosus, a, um. 1. 2. l. Ouid. 1. de Art. Cuius est. Senex annosus, & 2 Fast. cuius est, Anus annosa.

Attendare, & appadiglionare, por tende, ò padiglioni, vedi Accampare.

Attendere.] Incumbo, is, bui, bitum, e si dice incumbo in studium, ad studium. 2. Operam, do, das. 3 Operam nauo, as. Cic. 4. Vaco, as. Cic. de Diu. Ego philosophiæ semper vaco.

Attendere all'honore.] Seruire, vel studere honori. Cic.

Attendere, ò osseruar la promessa, vedilo alla voce Promessa.

Attendere, cioè star, attento.] Præbere aures. 2. Aduerto, is.

Attendi à ciò, che fai.] Quod agis, id agas. Plaut. in Most.

Atterrare, gettar à terra.] Euerto, tis. Cic. 2. Subuerto, tis. Gell. lib. 9. cap 13. 3. Sterno, nis. Colum. de Arb. lib. 29.

Atterrare del tutto.] Peruerto, tis. Cic. Funditus euerto.

Atterrire, spauentare, vedi Spauentare.

Atterrirsi, sbigottirsi, vedi Sbigottirsi.

Atterzare ridurre vna cosa in tre parti.] Ad tertias partes redigere. Col.

Atteso che.] Cum. 2. Quippè. 3. Quandoquidem.

Atti, cioè fatti.] Res gestæ. Cic.

Attillatamente, acconciamente.] Concinnè. Cic. 2. de Orat.

Attillatezza, attillatura.] Concinnitas, atis. Cic. de Clar. Orat. 2. Concinnitudo, dinis. Cic. 1. de Inuent. 3. Elegantia, æ. Cic.

Attilato, acconcio, addiett.] Concinnus, a, um. Cic. in Pison. 2. Elegans, tis. 3. Cultus, a, um. Gratf.

Attillatuzzo, diminut.] Concinnulus, a, um. Ex Cic.

Attione, vedi Opera.

Attioncella, ouero attioncina.] Actiuncula, læ. Plin. lib. 8. epist.

Attiuamente, auuerb. con attiuità.] Actiuè, vel effectiuè, ex Quint. l. 2. cap. 18. 2. More, aut ritu actiuo, vel effectiuo Ex Cic. 3. Ver. & Quint. l. 2. cap. 18. 3. In modum vel morem actiuum, vel effectiuum. Ex Liu. 2. bell. Maced.

Attiuità l'astratto d'attiuo, e val forza, ò virtù di operare.] Agendi uis, vel facultas, ex A Gell. lib. 18. cap. 12. & Cic de Or. 2. Efficiendi uis, vel potestas, Ex Cic. de Inu. & 1. de Or.

Attiuo, addiett. che fà, ò può fare.] Actuosus a, um. Cic. 1. de Nat. Virtus est actuosa, & Deus vester nihil agens.

Attizzare, cioè prouocare, vedi Prouocare.

Attizzar il fuoco, cioè vnir, à i tizzoni] Torres committere, vel conferre.

Atto, Fior anco atteuolr, vedi Habile.

Atto, cioè attione, vedi Opera.

Attondare, vedi Tondare.

Attonito, vedi Sbigottito.

Attorcere, auuolgere vna, e più cose insieme. Contorqueo, ques, torsi. Plin lib. 11. cap. 37. & l. 12. c. 9.

Attorniare, circondare, vedi Accerchiare.

Attorniare, inteso d'huomini, che si mettono attorno à qualche persona, ò luogo.] Circumsisto, is. Cic. 7. Verr. Seruilium lictores circumsistunt valentissimi, & ad pulsandos, verberandosque homines exercitatissimi, cædunt acerrimè virgis.

Attorno, vedi, Intorno.

Attossicare, & attoscare, inteso di cosa, che s'infetta con tossico, ò tosco.] Toxico inficere, cum accus. Ex Plin.

Attossicare, & attoscare, inteso di persona, cioè dare il tossico, ò tosco.] Toxicum dare cum dat. Ex Cic.

Attrauersare, vedi Intrauersare.

Attribuire, & ascriuere.] Tribuo, is. Cic. 1. Off. de beneuolentia autem, quam quisque habet erga nos, primum illud est in officio, vt ei plurimum tribuamus, à quo plurimum diligimur, sed beneuolentiam, non adolescentulorum more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius, & constantia iudicemus. 2. Adscribo, bis, psi. 3. Assigno, as.

Attristare, vedi Contristare.

Attristarsi, vedi Contristarsi.

Attualmente, vedi Effettiuamente.

Attuffare. Sen. tuffare. Fior. cioè metter sott'acqua.] Mergo, gis. Cic. 2. de Nat. P. Claudius per iocum Deos irridens, cum cauea liberati pulli non pascerentur, mergi eos in aquam iussit, vt biberent, quoniam esse nollent. 2. Demergo, gis. Cic. 3. Immergo, gis.

Attuffarsi, Sen. tuffarsi. Fior. mettersi sott'acqua.] Mergor, eris. Cic. 2. de Nat. 2. Demergor, eris. 3. Immergor, eris.

Attuffato, partic.] Demersus, a, um. Ex Cic. 2. de Nat. 2. Mersus, a, um. 3. Immersus, a, um.

Atturare, serrare, ò chiudere, vedi Turare.

A V

AVa, & auola, vedi Nonna.

A D'auantaggio.] Vltrò. 2. Nimium multum. 3. Satis, superque. Cic.

Auanti prima, & innanzi, auuerb.] Antè. 2. b. Cic l. 3. epist. 7. 2. Anteà.

Auanti che, prima che.] Antequam. Cic. 2. Prius quam.

Da qui auanti per l'auuenire.] Post hac. 2. Inposterum, vel in futurum. 3. Deinceps.

Auanzare, rimanere, ò restare, vedi Restare.

Auanzare, guadagnare, vedi Guadagnare.

Auanzare, esser da più d'vn'altro.] Præsto, stas, stiti, tum. 2. Præcello, lis, lui. 3. Antecello, lis, lui.

Auanzare, esser d'auanzo.] Superfum, res, superfui. Cic. de Or. In definitione, neque absit quidquam, neque supersit. 2. Supero, as. 1. 2 b. Cic. 5 de Fin. Parui, cum animo vtuntur, & sensibus, dant se ad ludendum, fabellarumque auditione ducuntur; deque eo, quod ipsis superat, alijs gratificari volunt.

Auanzo, & auuanzaticcio: resto, e residuo: restante, e rimanente, quel che auanza, resta, ò rimane.] Reliquum, qui. n. g. 2. & 2. b. Cic. 5. Ver 2. Residuum, dui. n. g. s. 2. & 3. b. Cic. lib. 1 ep. 9. Residuum tamen insciente me, fuisset. 3. Reliquiæ, arum. f. g. & num. plur. 1. 2. & 3. b. Cic. 2. de Nat. Cibi reliquiæ depelluntur, tum astringentibus se intestinis, tum relaxantibus. 4 Analecta, orum, n. g. & num. plur. Mart. l. 7.

Colligere longa turpe, nec pudet dextra,
Analecta, quicquid, & canes reliquerunt.

Auanzo di tauola, quel, che auanza dopò pranzo ò cena.] Prandij, vel cœnæ reliquiæ Cic.

Molto, ò poco auanzo.] Magnæ, vel tenues reliquiæ.

E d'auanzo] Abundè est. Col. l. 8. cap. 17. Piscibus stagni hæc in altitudine gurgitis mensura abundè est.

Auaramente, auuerb. con auaritia, ò con auarezza.] Auarè. Cic 3 Off. Nihil auarè, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter faciendum est. 2. Auariter. Plaut. in Curc. & Rud.

Auaritia, & auarezza, amore, ò desiderio immoderato, di robba.] Auaritia, æ. f. g Cato in Carm. de morib. Veteres auaritiam omnia vitia habere putabant. Sal in Con. Cat. Auaritia pecuniæ studium habet, quam nemo sapiens concupiuit; ea quasi venenis malis imbuta, corpus, animumque virilem effœminat, semper infinita, insatiabilis est, neque copia, neque inopia minuitur. 2. Auiditas, tis. f. g. 3. Cupiditas, tis. f. g. Plin. 4. Auarities, ei. Lucret. l. 3.

Denique auarities, & honorum cœca cupido,
Quæ miseros homines cogunt transcendere fines.

Auarizzare, mettere ad effetto l'Auaritia.] Auarè facere, vel agere. Ex Cic. & alijs. 2. Auaritiam exercere 3. Auaritiæ operam dare.

Auaro, Fior anco paruifico, addiett. dedito all'Auaritia.] Auarus, a, um. 1. b. 2 l Sen. l. 19. ep. 109. In nullum auarus bonus est, in se pessimus. 2. Illiberalis, & hoc, le. 2 4. l. 3. 5. b. Cic. l. 13. ad Mem. ep. 1. Non te to me illiberalem, sed me in se negligentem putabit.

Auarone, accrescit. grand'auaro.] Ardenti vir auaritia. Cic. 3. de Fin. 2 Ingenti vir auaritia. Ex Cic 4. Ver.

Audace, vedi Ardito.

Audacemente, vedi Arditamente.

Audacetto, vedi Arditello.

Audacia, ardire, vedi Ardire.

Audacia cioè sfacciataggine, vedi Sfacciamento. v. 3

Audienza, vedi Vdienza.

Audire, vedi Vdire.

Audito, vedi Vdito.

Auditore, vedi Vditore.

Auditore, officiale.] Causarum quæsitor.

Auditor generale del campo.] Militarium causarum quæsitor generalis.

Auellana, vedi Nocchia.

Auellano, vedi Nocciuolo.

Auello, sepoltura, ò sepolcro di pietra.] Conditorium lapideum, vel saxeum. Ex Plin. l. 7. c. 16. & Liu. 1 ab Vrb. 2. Conditium lapideum, vel saxeum, ex Sen. l. 8 ep. 6. & Liu. 1. ab Vrb. 3. Sepulchrum lapideum, vel saxeum, ex Cic. 9. Phil. & Liu. 5. ab Vrb.

Aue Maria, cioè pallottolina della Corona della B. V. Maria.] Globulus precarius, siue precatorius minor.

Aue Maria, la salutatione, ò saluto dell'Archangelo Gabriele à nostra Donna.] Angelica salutatio. Maff. lib. 2. epist 3.

Dir trè Auemarie.] Ter salutationem Angelicam recitare, ex Maff. in ep.

Suono dell'Aue Maria, cioè tocco di campana, con il quale si ricorda alli diuoti Christiani il recitare l'Aue Maria, in tre tempi di giorno, principio, mezzo, e fine, in vno de quali si crede che la Beata Vergine fu salutata dall' Archan-

Archangelo Gabriele.] Angelicæ Salutationis ſignum Maff.

Auena, vedi Vena.

Augello, vedi Vccello.

Augurare.] Auguror, aris. 2. Auſpicor, aris. Cic.3. Ominor, aris.

Augubin, Città, vedi Gubio.

Augurio, vedi Augurio.

Augusta, e volgarmente Husberg, ouero Angsburch, Città famoſiſſima di Germania] Augusta Vindelicorum.

Augusta, nome, ò titolo d'Imperatrice.] Augusta, tæ.

Augusto, nome, col quale, prima d'ogni altro fù nominato Ceſare Ottauiano.] Augustus, ti. Hor. Turſel. Hiſt.l.3. Cæſar Octauianus, ob ſanitatem, ſiue ob auctum imperium, Augustus à Senatu primus appellatus, Augusto Menſi, qui antea Sextilis dicebatur nomen dedit.

Di Augusto, nome poſſ.] Augustalis, hoc augustale. Tacit. lib.1. Tribuni plebei pertinere, vt proprio ſumptu ederent ludos, qui de nomine Augusti, faſtis additia, Augustales vocarentur.

Auidamente, vedi bramoſamente.

Auidità, vedi Brama.

Auido, vedi Bramato.

Aumentare, vedi Accreſcere.

Aumento, vedi Accreſcimento.

Auola, vedi Nonna.

Auo, e Nono, il padre del padre, ò della Madre.] Auus, ui. s.b. Cic. pro Mur. L.Murenæ proauus, & auus prætores fuerunt.

Auolo da canto di padre.] Auus paternus. Hor.l.1.Sat.6,

Nec quod auus tibi maternus fuit atque paternus.

Olim qui magnis legionibus Imperitarunt.

2. Patris pater Pomp. Feſt. l.2. Auus eſt patris, matriſque pater.

Auolo da canto di Madre.] Auus matèrnus. Hor. s. Serm. Sat 6.

Littus arenoſum Lybiæ, ventiſque ſecabat.

Materno veniens ab Auo Cyleoia proles.

Di Auo, & Auola, coſa ſpettante à tali perſone.] Auitus, a, um. s.b. 2.l. Cic.2. Ver. Nulla res cuiuſquam, tam patria, atque auita fuit, quæ non ab eo imperio iſtius iudicaretur.

Auoltoio, Fior. auuoltore. Sen. Vccello di rapina.] Vultor, uris, m.g. Plin. l.10. c.6. Vmbricios aruſpicum nostro æuo peritiſſimus, tradit vultores tridno ante, aut biduo volare, vbi cadauera futura ſunt. 2. Vulturia, huius vulturia. Ennius.

Vulturis in ſyluis miſerum mandebat homonem.

3. Vulturius, rij. s.l 2 3.b. Plaut. Truc. Iam quaſi vulturij, tridno priùs prædiuinabant.

Di auoltoio, ouero di auoltore, addiett.] Vulturinus, a, um. 2.3.l. 2.b. Plin.lib.30. cap.4. Vulturinus, ſanguis cum chamaleontia albæ radice, & cedria tritus, contectuſque braſſica, lepra ſanat

Auoltoietto, ouero aultoretto, il figlio piccolo dell'Auoltoio, ò Auoltore.] Pullus vulturinus. Plin.l.30. c.10. Medetur cor pulli vulturini adaligatum. 2. Vulturis pullus. Plin.l.10. cap.7. Immuſſulum aliqui vulturis pullum arbitrantur eſſe.

Auorio dente de Leofante.] Ebur, boris n. g. 1. & 2. b. Plin lib.8. cap.30. Elephantium arma, quæ Iuba cornua appellat, Herodotus tanto antiquor, & conſuetodo melius, dentes: hoc ſolum ebur eſt. 2. Elephantus, ti. Apud Poæt. Virg. 3. Georg

In foribus pugnam ex auteo, ſolidoque Elephanto.

3. Elephanti dens, aut dentes. Plin lib.8. cap.3 Elephanti, dentes decidnos caſu aliquo, vel ſenecta defodiunt: hoc ſolùm ebur eſt: Cætero, & in his quoque, quà corpus intexit, vilitas oſſea. 4. Dens elephantinus. Celſo lib.5.c.19. Cuius eſt vox Elephantinus. 5. Indus dens, Mart.l.2 ep.35.

Tu Lybicos Indis ſuſpendis dentibus orbes.

Fulcitur teſta fagina menſa mihi.

6. Elephantus candens Poeticè, Virg.6. Æn. cuius eſt. Porta candenti nitens Elephanto. 7. Materia eburnea. Ex Cic.2. de Inuent. qui pro ligno dicit, Ligneam materiam.

Guernito d'auorio, aggett.] Eboratus, a, um. s. 2.b. 3.l. Var. apud Non. Marc. qui ſic ait: Cum in eborato lecto, ac purpurei operis toro cubare videas ægrotum, & Plaut. in Aul. & Stic.

Auorio di caua, ò miniera.] Ebur foſſile. Plin.l.36. c.18. Theophraſtus autor eſt, ebur foſſile candido, & nigro colore inueniri.

Di auorio, adiett.] Eboreus, a, um. Plin.lib.7. cap.53. 2. Eburneus, a, um. Cic.6. Ver.3. Elephantinus, a, um. Vopiſc. in Tacit.

Limatura d'auorio.] Scobis eburnea. Col.l.7. cap.10. Suibus nauſeantibus ſalutaria habetur eburnea ſcobis ſale fricto, & fabæ minutæ fræſæ commiſta, ieiuniſque prius, quam in paſcua procedant obiecta.

Aura, venticello piaceuole, proprio dell'eſtate.] Aura, ræ. f.g. Virg.4. Georg.

Aurora, vedi Alba.

Austeramente, auuerb. con auſterità.] Auſterè. Cic pro Mur. Agit auſterè,

Auſterità, ſuſt. l'aſtratto d'auſtero.] Auſteritas, tis. f.g. Plin.l.35 cap.10.

Auſtero, addiett.] Auſterus, a, um. s 2 l. Col.l.3. c.2.

Auſtrale, addiett. d'Auſtro.] Auſtralis, & hoc, le. Cic.1 Tuſc. & 2. de Nat. 2. Auſtriuus, a, um. Col.l.7. cap. 3. & Plin.l.6.c.19

Auſtro, & Oſtro vento meridionale, ò di mezzo giorno.] Auſter, ſtri. m.g. 1.l. Plin. 2. Notus, ti.

Tira, ſpira, ò ſoffia Auſtro.] Cœlum eſt auſtrinum. Plin. l.16. c.26. Pyrus, & amygdala etiam ſi non pluat, ſed fiat auſtrinum Cœlum, aut nubilum, amittunt florem, & primos fructus.

Autenticamente, ò autoreuolmente, auuerb. con autorità, fede, ò credito.] Authenticè. 1. 2. 4. l. 3. b. Cic. ad Att.l.9. ep.18.

Autenticare, far' autentico, dicesi per lo più di ſcritture.] Authenticum facere. Ex Vlpian. 2. Litteris publicis conſcribere, vel conſignare. Cic. 3 de Leg Conſignatam litteris publicis publicam memoriam nullam habemus.

Autore, inuentore d'vna coſa, ò quegli da cui qualche coſa trae la ſua prima origine.] Autor, oris. Plin.l.11. c.17. Non conſtat inter autores, apum rex nullum ne ſolus habeat aculeum, maieſtate tantum armatus; an dederit eum quidem natura; ſed vſum eius illi tantum negauerit. 2 Auctor, ris. Cic.

Autore claſſico.] Auctor, ſeu ſcriptor claſſicus. Gel.l.19. cap 8. 2. Auctor locuples. Cic.3. Auctor celebratus. Plin.l 25. c.25.

Autore di prima claſſe.] Auctor primæ claſſis. Ex Gel.7. cap.13. 2. Auctor primæ notæ. Ex Col. lib.2.

Autore di ſeconda, terza, ò quarta claſſe.] Auctor infra Claſſem. Gel lib 7. c.13 Homines primæ tantum claſſis dicebantur, qui &c. Infra claſſem autem appellabantur ſecundæ claſſis, cæterarumque omnium claſſium, qui, &c.

Autore bono.] Auctor bonæ notæ. Ex Col. de Arb. c.4.

Autore cattiuo.] Auctor malæ notæ. Ex Colum.

Autore di poco, ò niun conto.] Auctor proletarius. Gel. l.19. c 9. Scriptor eſt claſſicus, aſſiduuſque non proletarius. 2. Auctor ſordidus. Ex Hor.l.1. Car. Od.28.

Autore ſufficiente.] Auctor idoneus. Cic.5. Ver.

Autore di poca ſtima, indegno di fede.] Auctor leuis. Liu 5 ab Vrbe.

Autore di conto, degno di fede.] Auctor grauis. Tacit. l.19 2. Auctor locuples. Cic. de Clar Orat.

Autoreuole, nome addiett. d'autorità.] Auctoritate prædirus. Cic.5. Ver. Homo illa auctoritate, & ætate præditus, quid faceret, neſciebat. 2. Auctoritate grauis. Cic.1. de Orat.

Autori greci, e latini.] Vtriuſque linguæ auctores. Suet. in Aug.c.89.

Autorità, facultà, e podeſtà.] Auctoritas, atis. f.g. Cic. pro Flac.

Hauer autorità, ò dominio.] Ius esse, cum accus. & præpos. in. Cæs. 6. bel. Gal. In hos eisdem omnia sunt iura, quæ dominis in seruos.

Autorizzare, dar l'autorità.] Auctoritatem dare, vel tribuere. Cic. 3. de Nat. 2. Auctoritatem adiungere.] Cic. 2. de Diu. Auctoritatem oul'am debemus, ne fidem commentitijs rebus adiungere. 3. Auctoritatem facere. Plin. l. 29. c. 1 Ea in arte auctoritatem pessimis boni faciunt.

Autunno, vna delle quattro parti dell'anno, posta frà l'estate e'l verno.] Autumnus, ni. m g. 1. 2. l. Ouid. 2. Metam.

Stabat & Autumnus, calcatis sordibus vuis.

2. Autumnitas, tis. fœm. gen. 1. 2. & 4 l. 3. b. Cato de Re rust. c. 5. Circum o'eaa Autumnitate ablaqueato, & stercore addito, confoueto. 3. Autumni tempus. Ex Plin. l 7 c. 4. Vbi habetur. Veris tempore. 4. Tempus Autumnale. Var. l 1. c. 39. Videmus alia florere verno tempore, alia æstiuo, neque eadem autumnali, quæ hyberno. 5. Tempus ætati senescenti adiunctum. Cic. . de Nat. Ea duo tempora, quorum alterum hyemi senescenti adiunctum est, alterum æstati. 6. Tempestas autumnalis, vel autumna. A. Gell. l. 19. c. 7 qui sic ait: Molli quodam tempestatis Autumnæ die.

Di Autunno, addiett appartenente ad Autunno.] Autumnalia, & hoc, le, 1 2 3. l. Var. l. 1 c. 39. Alia florem verno tempore, alia æstiuo, neque eadem autumnali, quæ hyberno. 2. Autumnus, a, um. Gel. l. 19. c. 7. Molli quodam tempestatis Autumnæ die.

Tempo d'autunno.] Autumnitas, tatis. f g. 1. 2. 4. l. 3. b. Cato de Re rust. c. 5.

Il principio d'Autunno.] Autumnitas prima. Cato de Re rust. cap 155. Prima autumnitate, cum pluuia est, tum maximè ab aqua periculum est.

Il fine dell'Autunno.] Exitus autumnalis. Var. l 2. de Re rust. Ouis prægnans est diebus. 150. Itaque fit par tus exitu autumnali.

Auualorare, dar forza, ò valore.] Virtutem addere. Sal. in Catil. Compertum habeo milites, verba virtutem non addere, neque fortem ex timido exercitum imperatoris oratione fieri.

Auuederſi, vedi accorgerſi.

Auueduto, vedi Accorto.

Auuelenamento, l'auuelenare.] Veneficium, cij. n. 3. b. 2. l. Gell. l. 12. c. 7. qui de muliere, quæ virum, & filium veneno necauerat, loquens, sic ait: Neque absolutum mulieris veneficium est, neque nocens damnata.

Auuelenare, & auuelenire, infettar con veleno.] Veneno, as. 2. Veneno imbuere. Cic. 2. Tusc. 3. Veneno inficere. Suet. & alij Venenum præbere. Cic. 1. Tusc.

Auuelenarſi, darſi la morte col veleno.] Veneno sibi mortem consciscere. Cic. de Clar. Themistocles veneno sibi mortem consciuit.

Auuenimento, per accidente, vedi Caso.

Per l'auuenire, e per innanzi, cioè per il tempo auuenire.] Post hac Cic. l. 7. ep. 1. Postac ad ludos venies, nosque vises. 2. In reliquum tempus. Cæs. 6. bel. Gal. Id magni interesse etiam in reliquum tempus existimabat. 3. Post hoc tempus, ex Cic.

Auuenire, accadere, ò occorrere, vedi occorrere.

Auuentarſi adosso ad vno, val correrli adosso.] Inuado, dis, 1. 2. l. Tacit. l 2. An. Repentè lymphati districtis gladijs in centuriones inuadunt. 2. Irruo, is. 3. Impetum facere.

Auuento, per venuta, vedi Venuta.

Per auuentura, vedi Casualmente.

Auuenturare, vedi arrischiare.

Auuenturarſi, vedi arrischiarſi.

Auuenturato, vedi Felice.

Auuenturoſamente, vedi Felicemente.

Auuerare, vedi Verificare.

Auuerbio parte d'oratione, che non ſi declina.] Aduerbium, bij. n. g. Priscian.

Con auuerbio, & auuerbialmente.] Per aduerbium. Gell.

Auuerſaria, cioè nemica, ò contraria.] Aduersaria, riæ, 2. 2. 3. l. 4. b. Cic l. 2. ep. 4. Tibi grauis aduersaria constituta, & parata est, quam tu facilimè vinces. 2. Aduersatrix, cir. 1. 2. 3 & 4. l. apud Plaut. Nunc assentatrix scelesta est, dudum aduersatrix erat. 3. Aduersans, tis. Ex Cic. de Sen.

Auuerſario.] Aduersarius, rij. Cic. 2. Aduersator. oris Plaut.

Auuerſità, auuerſitade, ed auuerſitate, val infortunio, calamità, ò disauuentura.] Ærumna, næ. 1. 2. l. Cic. Parad. 2. Te miseriæ, te ærumnæ premunt omnes.

Auuerſità, auuerſitadi, tutte nel numero del più, e vaglio- no coſe auuerſe.] Aduersa, orum. m. g. & num plur 1. 2.] Sen. l 5. ep. 39. Qui ponet se extra ius, ditionemque fortunæ, secunda temperabit, aduersa comminuet, & alijs admiranda despiciet. 2 Res aduersæ. Cic. 1. Off Vt aduersas res, sic secundas immoderatè ferre, leuitatis est. 3. Fortuna grauis.

Auuertire, osseruare, far osseruatione.] Obseruo, as. Quintil. l. 6. in Proœm. Obseruatum est celeriùs.

Auuertire, per ammonire, vedi ammonire.

Auuezzare, & adusare, ed ausare, assuefare io att. far che vn s'auanzi à qualcosa.] Assuefacio, cis. 1. 3. l. 2 4. & 5. b. 6. c. Cic. l. 4. ep. 13. Itaque orbus ijs rebus omnibus, quibus, & natura me, & voluntas, & consuetudo assuefecerat; cum cæteris, tum mihi ipse displiceo. 2. Consuefacio, cis. 1. & 3 l. 2 4. & 5. b. 6. c. Ter. in Adel. Ea ne me celet, consuefeci filium. 3. Consuesco, scis. 1. & 3. l. 2 b. 4. c. Colum. l 6. c. 2. Vbi plaustro, aut aratro iuuencum consuescimus ex domitis bubus valentissimum, eumdem placidissimum cum indomito iungimus, qui & procurrentem retrahat, & cunctantem producat.

Chi è auuezzo à far' vna coſa.] Solens, entis. om. g. Plaut. in Amphytr. Si dixero mendacium solens meo more fecero.

Chi non è auuezzo à fare vna coſa.] Insolens, entia om. g. Gel l. 19. 12. Homo Tracius vltima Barbaria, iuris colendi insolens erat. 2. Insuetus, a, um. Cels. l. 1. c. 3.

Auuicinare, vedi accostare.

Auuicinarſi, vedi accostarſi.

Auuignare, cioè porre, piantare, ò far vigna.] Vineam ponere. Ex Col. l. 4. cap. 3. Experto mihi crede Syluine, benè positam vineam, bonique generis, & bono cultore, numquam non cum magno fœnore gratiam reddidisse.

Auuilire, dispregzare, vedi Dispregiare.

Auuilirſi, perderſi d'animo, vedi Sbigottirſi.

Auuiluppare, vedi Inuiluppare.

Auuiſare, far'intendere.] Significo as. 2. Certiorem facere. Cic. 3. Nuncio, as Suet. in Galb.

Auuiſo.] Nuncius, eij. Cic.

Auuiuare, far viuo.] Animo, as. com accus. Cic. 1. de Nat.

Auuiuarſi, diuenir viuo.] Viuesco, scis. 1. 2. l. Plin. L 16. c. 25. Fauonio maritantur viuescentia è terra, quo etiam equæ in Hispania. Lucret. l 4. 2. Viuisco, scis. 1. 2. l. Plin. l. 9. c. 11. Anguillæ atterunt se scopulis ea strigmenta viuiscunt, nec alia est earum procreatio.

Auuizzare, & auuizzire: inuizzare, & inuizzire, cioè diuenir, ò farſi vizzo.] Languesco, scis, langui. 1. & 2. l. Cic de Sen. Metuo, ne languescat senectute. 2. Languidum, siue languidam fieri. Ex Plin. l. 15. c. 29. qui sic ait: Languida autoritas patrum facta est. 2. Flaccesco, scis. 1. 2 l. Plin. l. 16. c. 29 Myrtus patritia multis annis præualuit, flaccescente plebeia. 4. Flaccidum, vel flaccidam fieri. Ex Plin. l. 15. c. 29. & 30. 5. Vietum, vel vietam fieri. Ex Col. l 12. cap. 15. & Plin. l. 15. cap. 39.

Auuocare, difender le cauſe altrui.] Aduocationem suscipere, 2. Causam alicuius agere. Cic.

Auuocato, colui, che difende la cauſa.] Actor causarum. Suet. in Cæs cap. 39.

Auuocatione, l'auuocare, officio d'auuocato.] Aduocatio, ois, f. g. Vlpian. D. l. 16. tit. 19.

Auuolgere, per auuoltare, vedi Inuolgere.

Auuolgere, intrigare, vedi Inuiluppare.

Auuolgerſi come fan le ſerpi.] In se met conuolui. Plin. l. 10. c. 72. Conuoluuntur in se met dracones.

Azarole

Azarole, vedi Lazzarole.
Azarolo, albero, vedi Lazzarolo.
Azimo, addiett. non fermentato.] Azymus, a, um. 1.l.2. b. græc Bibl.
Azzoppare, vedi far Zoppo, alla voce Zoppo.
Azzuffare, ò azzuffarsi, venir alle mani, e combattere.] Confligo, gis, 1.2.l. vt cum hoste confligere. 2. Congredior, eris. Cic pro Syl. Cum hoste congressus victor redijt. 4 Conferere certamen. Liu 4. bel. Maced. 4 Conferere manum. Cic. Att. l.7. 5 Conferere prælium. Liu.5.ab Vrb. 6. Conferere pugnam. Liu.2.bel.Maced.
Azzuffarsi tra se.] Inter se confligere Cic.pro Leg.Man.
Azzurriccio, & azzurrino, addiett. alquanto azzurro, ouero che tende all'azzurro, cioè tra bianco, & azzurro.] Subcæruleus, a, um, vel subcærulus, a, um. Cel. l.6 c.5. 2. Color ad cæruleum, seu cyaneum declinans, seu inclinans. Ex Plin.
Azzurro, & azzurrino; sbiadato, e sbiauato, e turchino, son tutti nomi di color assai noto.] Cæruleus, a, um. 1 l.a.b. Plin. l 9. c 15. In Gange Indiæ tradunt esse vermes branchijs binis 60. cubitorum, cæruleos, His tantas esse vires, vt elephantos ad potum venientes, morsicus comprehensa manu eorum, abstrahant. 2. Cyaneus, a, um. Plin. l. 10. c. 32. Halcyon auis paulò amplior passere colore cyaneo ex parte maiore, tantum purpureis, & candidis admixtis pennis collo gracili, ac procero.

B A

Baiuola, Sen. e bauaglio, Fior. pezza lina, che si mette à fanciulli, perche non s'imbrattino i panni mangiando.] Pectorale cœnaticum, vel cœnatorium. 2. Pectorale saliuarium. 3. Vestis saliuaria. Ex Plin. l. 34 c.7. & l.9. c.51. 4. Vestis cœnatica, vel cœnatoria. Iul. Capit. in Maxim. Cum ad cœnam ab Alexandro esset vocatus, quod ei deesset vestis cœnatoria, ipsius Alexandri accepit.
Babbo, voce fanciulesca, cioè padre, vedi Padre.
Babbuaggine, e babbuassagine, cioè balordaggine.] Stoliditas, tis. 1 a.3.b.4.l. Gel. l.18. c.4. Gn. Lentulo stolidior est, & vanior, qui ignorat eiusdem stultitiæ esse vsoitatem, & stoliditatem. 2. Stultitia, æ. Plin. lib. 11. c.52. Auricularum magnitudo, loquacitatis, & stultitiæ nota est.
Babbuasso, e balordo besdo, e besso, cioè sciocco, e scipito.] Stolidus, a, um. 1 a.b. Gel. lib. 18 c 4. Didicimus stolidos vocare non tam stultos, & excordes, quam tetros, & molestos, & illepidos. 2. Bardus, a, um. Plaut. Epid. Ego me assimulabam quasi stolidum, cum bardum me faciebam. 3. Fatuus, a, um. Græf. 4 Stultus, a, um. 5. Excors, dis. Gel. supra cit.
Babbuinello, diminut. di babbuino.] Simiolus, li, 1.l. 2. & 3.b. Cic. l.7 ep 2. Hic simiolus, animi causa, me, in quem inueheretur, delegerat.
Babbuino, specie di bertuccia, ò di Scimia.] Simius, ij. 2.l a.3 b. Mart. lib. 14.
Callidus emissas eludere Simius hastas.
2. Simia, æ. 1.l a.b. Cic. 1. de Diuin Rex in delitijs habebat Simiam, quæ & sortes ipsas, & cætera, quæ erant ad sortem parata, disturbauit, & aliud alio dissipauit.
Babilonia, nome di due Cittadi, vna d'Assiria, hora Baldac, ò Baldacco, secondo alcuni, e l'altra d'Egitto, hora Cairo, ò A'cairo.] Babylo, nis. f.g. 3 & a.b. 3.l Plin. l.6. c.26. Babylon Chaldaicarum gentium caput, diu summam claritatem obtinuit, in toto Orbe, propter quam reliqua pars Mesopotamiæ, Assyriæque Babylonia appellata est. 2. Babylonia, æ. f.g. 1. & 2.b. & 3.l. Q. Curt. lib. 5. Babyloniam Semiramis condidit, vel, vt plerique credidere Belus, cuius Regia ostenditur. Murus instructus laterculo coctili, bitumine interlitus, spatium 30. & duorum pedum latitudinem amplectitur quadrigæ inter se occurrentes, sine periculo commeare dicuntur. Altitudo muri 50. cubitorum eminet spatio. Turres denis pedibus, quam murus altiores. Totius operis ambitus. 368. stadia complectitur: Singulorum stadiorum structuram singulis diebus perfectam esse proditum est.
Babilonia regione, che dalla città di Babilonia trasse il nome.] Babylonia, æ. f.g. 1. & 2.b. & 3 l. Plin. l.6. c.26. Propter Babylonem reliqua pars Mesopotamiæ, Assiriæque Babylonis appellata est.
Babilonico, addiett. poss. di Babilonia.] Babylonicus, a, um. 1. 2. 4.b & 3.l. Plin l 8 c.48 Metellus Scipio triclinaria Babylonica sestertium octingentis millibus venisse iam tunc posuit in Capitonis criminibus, quæ Neroni Principi quadragies sestertio nuper stetere.
Babilonio, nome gent. di Babilonia.] Babylonius, a, um. 1.2 4.b. 3 l. Plin l,7 c.56. Apud Babylonios 720. annorum obseruationes syderum coctilibus laterculis inscriptas docet Epigenes.
Bacalare, per derisione d huomo, che stia in riputatione, e che grandeggi.] Vir elatus, ac tumidus. Ex Cic. pro Arch. 2. Vir fastuosus. Ex Mart. l. 10. c.13. & Ouid. ad Pison.
Bacaleria, cioè presuntione, ò albagia.] Animi elatio. Cic.4. Tusc. 2. Animi tumor Cic 3. Tusc.
Bacarozzo, ò bacarozzolo, diminut. di baco, e val vermicello.] Vermiculus, li, m.g. 2.3.b. Plin. l. 10. c.65. Muribus obituris vermiculum in capite gigni traduntr.
Bacca, donna, che celebraua le feste di Bacco.] Baccha, bacchæ, f.g 1.l. Cic. l.7. ep 23 Liu. l.9. bel. Mac. 2 Bassaris, dis, a.3.b in rect. & obl. Pers. Sat. 1. 3 Mænas, dis. 1.l. a.b. in rect. & obl. Ouid. 6. Fast. 4. Thyas, dis. 1.l. & 2. b. in rect. & obl. Horat. l.3. Car. Od. 15
Bacca, cioè statua di tal donna.] Baccha, chæ, f.g. Cic. l.7. epist. 23. Bacchis verò vbi est apud me locus? at pulchellæ sunt.
Bacca, frutto d'albero, vedi Coccola.
Baccano, Castello di Toscana, due miglia distante da Campagnano.] Mæsium, ij, n g. 1.l.2 b. Leander Albert. Ex Catone.
Di Baccano, voce addiett.] Mæsius, a, um.
Baccano strepito, e rumore, ò de baccanti, ò simile à quello de baccanti.] Strepitus bacchicus, vel bacchæus. Ex Cic. & Ouid.
Baccano, rumore, e strepito cagionato dallo sconcio scherzar de giouani.] Clamor inconditus, ac turbidus. Plin. epist. 190.
Far baccano.] Inconditè strepitare. Ex Cic. 3. Off. & Virg. 1. Georg.
Far baccano, strepitare à modo de baccanti.] Bacchatim strepere vel obstrepere. Ex Apul. & Cic.
Baccelleria, 4.l. grado di lettere.] Baccalaurei gradus, vel honos, m. g. Ex Maff. in Ignat. & alijs. 2. Baccalaureatus, tus. Ex Maff. l.2. c 17. & lib.2. c.18. m.g. 1.2. 3. 5. l. 4.b.
Baccelliere, nome di chi habbia disputato, dando saggio di sè in lettere.] Baccalaureus, rei. m.g. 1.2.3.l. 4.b Maff, in Ignat. l. 1. c 17.
Baccello, generalmente il guscio de' legumi.] Siliqua, æ, f.g. 1. & a.b. Plin l. 18. c.12. Siliquæ rotundæ ciceris, cæteris leguminum longæ, & ad figuram seminis latæ.
Baccello, propriamente il guscio delle faue fresche.] Siliqua fabalis. f.g. Plin l.22. cap.25. Fabalium sili quarum cinis ad neruorum dolores cum adipis suilli vetustate prodest.
Baccello, per similitude si dice di persona semplice, e sciocca.] Stultus, a, um. 1.b. Plaut. in Menœch. cuius est, Mulier stulta.
Baccellone, accrescit. di baccello, cioè gran sciocco.] Stultissimus, a, um 3.b. Insciitissimus, a, um. 2.l. 4.b. Plaut. in Mostel. Tu quid confugisti in aram hanc inscitissimus.
Bacchetta, verga, ò scudiscio.] Virga, æ. f.g. Cic. pro Rab. Portis lex virgas à Ciuium Rom. corpore amouit, hic misericors flagella retulit.
Baccheta non polita.] Virga rudis.
Di bacchetta.] Virgeus, a, um. 1. l. 2. b. Colum. lib. 1. cap. 6.
Bacchetta di corniale, ò di cornio.] Virga cornea. Plaut.

Bacchetta di corbeffolo.] Virga arbutea. Virg.11. Æn.
Bacchetta da Cenfore.] Virga Cenforia. Quintil. lib.t. cap.5.
Bacchetta impaniata, ò inuefcata, cioè coperta di pania, ò vefco.] Virga vifcata. Ouid. 15. Metam.
Bacchettare, e fcudifciare, percuotere con la bacchetta, ò fcud fcio] Virga cædere, vel pulfare.
Raccolta di bacchette.] Virgindemia, æ. f g. 1.2.3 l. 4.b. Var in Agath. Scapulæ metuunt virgindemiam.
Bacchettata, percoffa, ò colpo di bacchetta.] Virgæ ictus, m.g. Col.l 7.c.10. Venam ab ictu virgæ tumentum ferro refcindi oportet.
Dare vna, ò più bacchettate ad vno.] Aliquem virga icere, cædere, pulfare, percutere, verberare. Ex Cic. pro Flac.
Bacchettina, vergella, ò verghetta, diminut. bacchetta, ò verga piccola.] Virgula, læ. f.g 1 l a b. Cic. 8. Phil. C. Popilius cum ad Antiochum Regem Legatus miffus effet, cum virgula ftantem circumfcripfit.
Bacchettina non polita.] Rudicula, læ, 1 3. b. 2.l.
Baccino, e baccile Sen. baccino Fior. cioè vafo di metallo in forma ritonda, od ouata, & alquanto cupa, in vfo di lauar le mani, e'l vifo.] Pollubrum, bri. n.g 1. & 3 l. Non. Marc. Aquam manibus dato, pollubrum finiftra manu teneto, dextra vas cum aqua.
Baccino per la meffa.] Pollubrum facrificale. Ex Liu. & Tacit.l 2.
Bacco, nome proprio d'huomo, tenuto trà Dei da Gentili.] Bacchus, bacchi m.g Horat l.2. Car. Od 19.2. Dionyfus, fij. m.g. Cic. de Nat. 3. Liber, eri. Plin. l.7. cap.56. Emere, ac vendere, inftituit Liber pater: Idem diadema regum infigne, & triumphum inuenit.
Di Bacco, nome poffeff.] Bacchicus, a, um. 1. l. 4. b. Ouid. 1. Triftium Eleg.6. 2. Bacchæus, a, um. 1. & 2 l Ouid. 11. Metam. 3. Bacchius, a, um. 1.2.l. 3. b. Quadrifyllabum apud Poetas.
Fefte di Bacco.] Bacchanalia, liorum, aut lium. n.g. & nom. plur. 1.2. 3.l. & 4. b. Pomp. Feft. lib.2. Bacchanalia dicebantur Bacchi fefta. 2. Dionyfia, orum, n g. 1.2. 3.& 4.b. Thef. Ling. Lat. 3 Liberalia, lium. n. g. & num. plur. 1.& 3.l. 2.& 4 b. Cic. lib. 12. epift. 25 Liberalibus litteras accepi tuas. 4 Bacchanal, lis, vel bacchanale. lis. n.g. 2.l. Plaut in Mil. Vos in cella vinaria Bacchanal facitis.
Celebrare, ò fare la fefta di Bacco.] Bacchor, aris. 1 x Cic. de Clar. Orat. Plin. l.3 c.1. 2. Debacchor, aris. 1. Ex Ter. in Adel. Si fatis debacchatus iam es, audi fi vis nunc. 3. Bacchanal agere, facere, vel exercere. Plaut Bacchanal te exercuiffe oportuit. 4. Agitare bacchanalia, Dionyfia, vel Liberalia. Ex Gell.
Chi celebra la fefta di Bacco.] Bacchabundus, a, um. 1. 2. 3 l. Quint. Curt l 9. Per dies feptem baccabundum agmen inceffit. 2. Bacchans, antis. c.g. Plin. lib.3. c 1 M. Varro tradit, lufum Liberi patris, ac Lifam cum eo baccantem nomen dediffe Lufitaniæ.
A guifa, ò modo di chi celebra la fefta di Bacco.] Bacchatim, apud Apul. 2. Bacchantum ritu, vel more. Ouid. 7. Metam.
Il celebrare la fefta di Bacco.] Bacchatio, nis. f g 1.2. l. 3. b. Cic. in Verr. Sileatur de nocturnis eius bacchationibus.
Luogo, doue fi celebra la fefta di Bacco.] Bacchanal, lis, n.g. 1.2. l. vel Bacchanale, lis. n.g. 1.2.3. l. Plaut. in Aul. Ego ad Bacchas veni in Bacchanal coquinatum.
Baciamento, il baciare.] Ofculatio, nis. f g 1.& 3.l. 2. & 4.b. Cic. pro Cel. 2 Exofculatio, nis f g. 1. 2 & 4.l. & 5.b. Plin. l.10. cap.12. cuius eft: Exofculationem in columbis effe. 3. Suauiatio, nis. f.g. 1. 3.& 5.b.& 4 l. A. Gell. l.18. cap.2. 4 Bafiatio, nis. f.g. 2 & 3.l. 2.& 4 b. Catul. ep.7. 5. Deofculatio, nis. f.g. 1.3 5.b 2 4 l. Ex Martiali, & Plin 3 Diffuauiatio, nis. f g. 3.& 5.l.
Baciare, toccare con le labra in fegno d'amore, e di riuerenza.] Ofculor, ris. 2. l. 2. b. Pomp. Feft. l.1. Aufculari dicebant antiqui pro ofculari, quod eft os cum ore conferre. 2. Suauior, aris. Cic. ad Att. l.16 3. Bafio, as. Mart. l.6. Et bis, terque, quaterque bafiauit. 4. Ofculo impertire, cum accuf. Suet. in Nero. cap.37. Nero neque adueniens, neque proficifcens quemquam ofculo impertiuit, ac ne refalutatione quidem. 5. Ofculum dare. Liu. dec.1. lib.1. Iuuenes inter fe vter prior, cum Romam rediffet, matri ofculum daret, forti permittunt. 6. Ofculum ferre Liu. dec.1. l.1. Imperium fummum Romæ habebit, qui veftrum primus ò Iuuenes ofculum matri tulerit. 7. Ofculo contingere. Idem ibid. Brutus, velut fi prolapfus cecidiffet, terram ofculo contigit: fcilicet, quod ea communis mater mortalium effet. 8. Ofculo appetere. Plin. l 11. c.45. Dextra ofculis auerfa appetitur, in fide porrigitur. 9. Ofculum admouere, cum datiuo. Ouid. 10. Metam. 10 Ofculum ingerere, cum dat. vel accuf. & præpof. in Suet. de Clar. Grammat. 11. Ofculum porrigere. Ouid. 3. Metam. 12 Ofculum inferre. Ex Ouid. Metam. 13 Deofculor, aris. 1.& 3.b. Mart. 18. Hos amplectitur, hos deofculatur. 14. Exofculor, aris. 3.b.
Baciarla mano ad vno più, e più volte.] Ofculis alicuius dexteram fatigare. Tacit. l.15. Agere grates Deis, ornare lautu domum, genua Neronis aduolui, & dexteram ofculis fatigare.
Baciare più cofe.] Ofcula difpenfare, cum dat. Ouid 6. Metam. 2. Ofcula diuidere. Horat. l.1. Car. Od.36. 3. Ofculo difpertire.
Bacile, vedi Baccino.
Bacinetto, e fecondo altri mezza trifta, forte di armatura, come fcuffia per armar il capo.] Galea, æ. f g.& 1. b. Plin. lib.7. c 56. Lacædemonij galeam, gladium, & haftam inuenere. 2 Caffis, caffidis. f.g 1.l.a.b. Ex Plaut.in Trin Mihi fumpfero caffidem in caput.
Bacio.] Ofculum, li. n g. 1.l. 2.b. Suet. in Galb. 2. 2. Suauium, uij. 3. Bafium fij.
Baco, e baccarozzo, nome generico d'ogni verme, ò vermicello, & particolarmente di quello, che fa la feta.] Bombyx, cis m g 1.& 2 l. Plin. l 11. cap. 22. Bombyces telas araneorum modo texunt ad veftem, luxumque fœminarum, quæ bombycina appellatur. Mart. l.8. ep.33.
Non vaga tam tenui difcurfat aranea tela,
Tam leue, nec bombyx pendulus vrget opus.
2. Vermis fericarius. m g.
Di baco, addiett.] Bombycinus, a, um. 1.& 2.l. 3.b. Ex Plin. l 11. c. 22. cuius eft, Veftis bombycina.
Bacocca, e meniaca Sen. Bricoccola Rom. Meliaca Fior. frutto affai noto fimile alla perfica, mà minore.] Malum armeniacum. Col. l.5. c.10. Armeniaca perfica, quæ à Latinis præcocia dicuntur minora funt fupradictis perficis, & ftomacho vtiliora. 2. Perficum præcox. Hor. Turf. Nom.
Bacocco, e meniaco Sen. Bricoccolo Rom. Meliaco Fior arbore noto.] Malus armeniaca. Plin. l.16. c 25. 2. Armeniaca, cæ. 2 l.2.3 4.b. Plin. loco cit. Floret prima omnium amygdala, deinde armeniaca.
Bada, indugio, ò tardanza, vedi tardamento.
Star a bada.] Moror, aris abfolutè ponitur. Cic. Att. l.8. Propterea moratus, quod Cæfar Firmo progreffus in Caftrum Treuentinum venit.
Tenere a bada, trattenere, vedi tardare.
Badeffa, vedi Abbadeffa.
Badia, vedi Abbadia.
Badile, la paletta del fuoco.] Batillum, li. 1. b. 2.l. Horat. 1. Serm. Sat.5. cuius eft; Prunæque batillum. Plin. l.33. cap 8.
Baffi, vedi Bafette.
Bagaglie, arnefi, ò maffaritie de' foldati.] Impedimenta, orum. n g. & num. plur. 1 3 4. l. 2. b. Cæf. 1. bell. Gal. Heluetij impedimenta in vnum locum contulerunt. 2 Sarcinæ, arum. f.g a b. & num plur. Cæf. bell. Gall. Cum prima legio in caftra veniffet, reliquæque legiones magnum fpatium abeffent, hanc fub farcinis adoriri ftatuit.
Bagagliole, diminut.] Sarcinulæ, larum. f.g. & nu. plur. 1.l a. 3.b. Catul. ep.g.
Bagaglione, faccardo, e faccomanno; quegli, che conduce le bagaglie dell'effercito] Calo, nis. m.g. 1.l. 2. com. in rect. & 1. in obl. Liu. & Perf. Sat.5.
Sambucam citiùs caloni aptaueris alto.
Bagattella, giuoco di mani, da far trauedere.] Præftigia, æ. f. g. 1. 2 l. 3. b. Plaut. Operta quæ fuere, aperta funt, patent præftigiæ. Frequentiùs tamen in num plur.

Præstigiæ, arum. Quint.l.4.c.1. Hulus velut, præstigiæ plausum petat. Cic pro Rab.Posth. illinc omnes præstigiæ, illinc omnes fallaciæ.

Baie burle, ò ciancie, diconsi di cose ridicole.] Iocularia, rium. n.g. & num.plur.1.2.4 b.3.l. Ex Horat.1 Serm. Sat.1. cuius est: Iocularia ridens. 2 Ludicra, orum. n. g. 1.l.2.com. Virg 12 Æn.& Liu.7.ab Vrb 3. Nugalia, lium. 1.a.l.3.b. A.Gell.lib 13.c.16. cuius est, Alia quædam nugalia. 4. Nugatoria. orum. n.g. & num. plur 1.2.3.l 4.b. Ex Cic r de Nat.& Horat.1 Serm. 5. Nugæ, arum f. g. 1.a l. Plaut.in Menæch Nugæ sunt meræ. 6 Nugamenta, orum n.g 1.2.3.l. Apul l 1. A quo nugamenta hæc comparasti? 7. Ridicula, orum. n g 1. l.2. & 3 b. Cic. 1. de Or. 8 Ridicularia, orum n.g.1. & 4.l. 2. & 3.b. Plaut. in Asin. cuius est; Mitte ridicularia.

Bagattelliera, colei, che con giuochi di mani fà trauedere.] Præstigiatrix, cis.f.g.1.2.4.l. 3.b. Plaut. in Amph. Hæc præstigiatrix Mulier est.

Bagattelliere, colui, che con giuochi di mani fà trauedere.] Præstigiator, ris m g. 1.2 4 l. 3.b. Plaut. Pœn.
Præstigiator hic quidem Pœnus probus est.
Perduxit omnes ad suam sententiam.

Bagattino, & anche picciolo moneta, che vale il quarto d'vn quattrino.] Teruncius, cij. m g. 1 .b. Var.4. de Ling. Teruncius, quod libellæ valet quarta pars.

Bagnamento, il bagnare] Aquæ, vel imbris aspersio. Cic.2. de Leg.2 Aquæ, vel imbris aspersus. Plio.l 11.c.53.

Bagnare, & ammollare, sparger acqua, ò altro liquore, sopra qual cosa.] Madefacio, cis.1.2 3 b. Cic.14. Philip. & Col 1 2 c 4.

Bagnarsi, & ammollarsi.] Madesco, scis, dul.1.b 2 l. Col. l 7. Stabulentur sicco loco, ne humore madesc ant vngulæ. 2. Madefio, fis, 1 2 b. 3 l. Suet. in Cæs. cuius est: Ne libelli madefierent. 3 Madeo, es, ui 1.2.b.Cic.2.Phil.

Bagnato] Madens, tis o.g. 2 b. 2.l. Cic. Post.red.in Sen 2. Madidus, a, um.1.2.b. Plioius l 13.c. 21. Madefactus, a, um. 1.2. b. 3 l. Ouid. 8. Met.

Bagno per Stufa, vedi Stufa.

Bagno luogo da lauarsi] Lauacrum, cri. 1.b 2.l. n. g. Gel. l.1.c.2 Æstu anni flagrantissimo propulsabamus caloris incommoda, ædium posticum refrigerantibus lauacris.

Bagno particolar di casa.] Balneum, nei. n g 2. Balineum, Cic.l.14.ep.20 Labrum si in balneo non est, fac vt sit. Plin. l.1. epist. 3. Balineum illud plurimus sol implet, & circuit.

Bagno piccolo.] Balneolum, li. n.g 1.3.l. Iuu. Sat.7.
. . . Cum iam noti, celebresque Poetæ.
Balneolum Gabijs, Romæ conducere furnos
Tentarent.

Bagni d'acqua calda.] Thermæ, arum. f.g. & nu. plur.

Bagni d'huomini doue si lauano gl'huomini.] Balneæ virsles. f.g Gell.l.10.c.3. Consul vxorem dixit in balneis virilibus lauari velle.

Bagni publici.] Balneæ, arum. f.g. & num. plur.2. Balnea, orum. n.g & num. plur. Cic. pro Sex Rosc. Occiditur ad Balneas Palatinas rediens à cœna Roscius.

Bagni di Lucca] Aquæ Lucenses.

Bagni di Pozzuolo] Aquæ Puteolanæ Ex Plin. l. 31.

Parte della Villa, ò casa, doue sono i bagni.] Balnearia, orum. n.g nu plur 1.3 l 2.4 b. Cic ad Q.Fr. Nihil restabat præter balnearia, & ambulationem.

Di bagni, addiett. cioè cosa attenente à bagni.] Balnearis, & hoc, re, vel balnearius, ria, rium, vt argentum balneare, & furea balnearij apud Vlpian.

Maestro de' bagni, vedi Stufaroio.

Baiare, vedi Abbaiare.

Baie, ciancie, vedi bagattelle.

Baio sorte di colore così detto.] Color spadix. Gel. l.2. c.26. Color rutilus, & spadix. phœnicei synonima sunt. 2 Color phœniceus, vel puniceus Gel l.3 c.9 3. Color badius. Var. apud Non Equi coiore dispares, hic badius, iste giluus, ille murinus. 4. Color spadiceus. Ex Lexicogr.

Cauallo baio. Spadix, cis. m. g. Virg.

Baiochella moneta d'vn baiocco.] Libella, læ f.g. 1.2.l. Cic. ad Att.l.6. Facit palam te hæredem ex libella, me ex teruncio.

Mezza baiocchella, moneta d'argento d'vn mezzo baiocco.] Sembella, læ. f g. Var.4 de Ling. Sembella dicta est, quod sit libellæ dimidium, quod semis assis.

Baiocco, moneta di cinque quattrini] As, assis m g vel Assis, assis, Var.l.4 de Ling As ab ære dictus est Suet in Oct. Aug. c.91. Augustus ex nocturno visu etiam stipem, quotannis die certo emendicabat à populo, cauam manum asses porrigentibus præbens.

Moneta di mezzo baiocco, la metà d'vn baiocco.] Semis, semissis m.g. vel semissis, semissis. 2. Semia, semiassis. 3. Dimidium assis. Var 4. de Ling Semis dictus est, quod Semias, idest dimidium assis.

Moneta d'vn baiocco, e mezzo.] Sesquias sequiassis.m.g. Ex Var.

Moneta di due baiocchi.] Dipondius, dij, vel dupondius, dij. m.g. 1.2.l. 3 b. Var. de Ling. qui sic ait: As est simplex, dupondius fictus, quod duos asses pend bat.

Pertinente à moneta di due baiocchi.] Dipondiarius, a, um, vel dupondiarius, a, um.1.2.4.l. 3.5.b. Plin. l. 34 c.2. cuius est: In sextertijs dupondiarijs.

Moneta di tre baiocchi.] Tressis, tressis. m g. Var.4. de Ling. Ab tribus assibus tressis est appellatus

Moneta di otto baiocchi.] Octussis, sis. m.g. 1.2.l. Amalt. Onom Octussis nummus est valens octo assibus.

Moneta di noue baiocchi] Nonussis, sis. m g. Var.4. de Ling. Ab nouem assibus dictus est nonussis.

Moneta di dieci baiocchi] Decussis, decussis. m.g. Var.4. de Ling. Ab decem assibus decussis est.

Moneta di venti baiocchi.] Vicessis, vicessis. m.g. Var.4. de Ling A duobus decussibus vicessis factus est.

Moneta di trenta baiocchi.] Tricessis, tricessis. m. g. Var.4. de Ling. A tribus decussibus est tricessis.

Moneta di cento baiocchi.] Centussis, centussis. m g Var.4. de Ling Sic proportione dicitur vsque ad centussis.

Baione, vedi burlone.

Balausta, e balaustra fior di mela grana domestica.] Cytinus, ni, m.g. Plin l.23.c.6 Punici pomi partus florere incipientis cytinus vocatur à Græcis, miræ obseruationis, multorum experimento. In hoc ipso cytino flosculi sunt, antequam scilicet malum ipsum prodeat, erumpentes, balaustium vocari diximus. Hos quoque experti inuenerunt scorpionibus aduersari.

Balaustro, vna di quelle colonnette, ò cancelli, che si fanno di legno, pietra, ò metallo, per difesa, ò guarnigione di qualche luogo.] Balaustium, stij.1.b. Ex Morel. ex Calep.2.l. 3.b. Vitr apud Horat Turs Nomencl.

Balbamente, a costume di balbo, cioè balbettando, ò tartagliando.] Balbe.1.& 2 l. Non Marc de propr.ser.2. Ritu, vel more balbo. Ex Cic pro Cæl.& 4. Ver.

Dir vna cosa ba bettando.] Aliquid balbutire. Cic.

Balbettare, e balbuttire, scilinguare, e tartagliare: Fior. anche Balbuzzare, lingettare, e trolleggiare, proferir male, ò con difficoltà le parole.] Balbutio, tis, 1. & 2.l. & 3.b. Cic.5. Tusc. M. quidem autore, Peripatetici, veteresque Academici balbutire desinant aliquando. 2. Ore blæso, seu lingua blæsa loqui Ex Mart.l.10. & Ouid 3 de Art.& Hor.de Art Poet. 3. Ore blæso, seu lingua blæsa esse. Ex Mart l.10. & Cic.4. Ver. 4. Lingua hæsitare. Cic.2. de Or. 5. Lingua titubare Cic. pro Dom. & Fac.

Balbezza, e balbuttimento, vitio di balbettare, ò di chi balbetta.] Balbuties, ei. f.g. 1 2 & 4 l & 3 b. Bud. in Pand. Balbuties est literam exterere vel syllabam desinere pronunciando, eximere, vel prætermittere. 2. Blæsitas, tis f.g. 1.& 3 l. & 2 b Bud in Pand. Blæsitas est litteram aliquam exprimere non posse, eamque non quamlibet, sed certam. 3. Linguæ hæsitantia f.g. Bud in Pand. Linguæ hæsitantia est, syllabam, syllabæ iungere properè non posse.

Balbo, troglio, e sciling aro, addiett che balbetta. scilingua, ò tartaglia.] Balbus a, um 1.l. Cic 1. de Or. Demosthenes cum ita balbus esset, vt ipsius artis, cui studeret, primam litteram non posset dicere, perfecit meditando, vt nemo planius eo locutus putaretur. 2. Blæsus, a, um. 1.l. Mart. l.10.

Os blæ-

Os blæsum tibi, debilisque lingua est. Ouid. 3. ad Art.

Balbo, che non hà lingua spedita.] Atypus, pi. m g. 1. & 2. b. Bud. in Pand. Existimo ab etymologia vocabuli eos esse atypos dictos, qui non satis expedito plectro linguæ vterentur.

Balco, Fior. palco, Sen. cioè il legname, che regge il pauimento delle stanze, e l'istesso pauimento, vedi Solaro.

Balco, e palco, cioè più tauole tra di se vnite per diuersi vsi.] Tabulatum, ti. n. g 1. 2. b. 3. l. Cæs. 6. bell. Gal. & Liu. 5 bell. Pun.

Balco, poggiolo per vedere.] Podium, dij, n g. Suet. in Ner Toto podio adaperto spectare consuluerat.

Balcone, fenestra, vedi Finestra.

Baldachino 3. l. vna foggia di padiglione in piano con drappelloni pendenti attorno, che si mette sopra gli altari, ò sogli de Principi grandi.] Vmbella, æ. f. g. Maff. de Iapon. rebus epist. l. 2. Paschali die, quæ consequuta est, Corpus Domini circumtulimus sub vmbella, cereis, & candelis accensis.

Baldacchino, e solecchio, ombrello, e parasole, stromento da parare il Sole, vedi Ombrella.

Baldanza, Fior. anche baldezza, e baldore: vn certo ardire allegro, che mostra coraggio, e letitia.] Alacritas, tis. f. g. 1. & 3. b. 2. com. & 4. l Cic. 4 Tusc. Cupiditas auidè semper aliquid expetens, & inanis alacritas, idest lætitia gestiens, non multum differunt ab amentia.

Rictto, partic.] Relectus, a, um. 1. b. Ouid. 3. de Remed.

Rileuare, vedi importare.

Rileuo, e rilieuo, Sen. cioè momento, ò importanza.] Momentum, ti. 1. 2. l Cic. 2. de fin Hoc nihil habet momenti.

Rileuo, e rilieuo. Rom cioè lauoro di scultura, ò d'intaglio.] Opus anaglypticum Sidon.

Fatto, ò lauorato di rilieuo] Anaglyptus, a, um. 1. b. a com 3. l Græc Plin. lib. 33 cap 11 Nunc anaglypta, in asperitatemque excisa circa linearum picturas quærimus.

Rilieuo, e rilruo, Fior. per quel che auanza alla mensa.] Reliquiæ, arum. f. gen. & num. plur 1 2. & 3 b. Ex Cicer. lib 11. epist 4. vbi ait, Vellem idibus Martij. me ad cœnam inuitasses; reliquiarum nihil fuisset: nunc me reliquiæ vestræ exercent, & quidem præter cœteros me.

Rilucente, vedi risplendente.

Rilucere, vedi lucere.

Rima il fin del verso volgare] Rhythmus, mi, vel numerus, ri. Cic. 3. Similiter desinens T usc.

Fuor di rima.] Extra numerum.

Rimandare, mandare indietro.] Remitto, tis, si, sum. Cicer.

Rimaneggiamento, il rimaneggiare] Retractatio. nis. fœm. gener 1. com. 2. & 3. l. & 4 b. Ex Cicer. 5 Tusc.

Rimaneggiare, maneggiar di nuouo.] Retracto, as. 1. b. & 2. l. Col l. 3. cap 16. Similia pedamenta post putationem rretractanda sunt, partesque eorum putres dedolandæ

Rimanente.] Reliquus qua, quum. Cic.

Del rimanente] Quod reliquum est 2. Quod restat. 3. Quod extremum est, vel quod superest. Cic

Rimanere, restare] Remaneo, es. Sen ep. l. 1. ep. 1 Nimium in imo ac pessimum remanet.

Rimaritare, maritar di nuouo.] Denuò maritare. Ex Cicer 4. Verr. & Suet. 10 Vesp. cap. 14 2. De integro nuptui collocare, Ex Cicer. 5 Phil. & Colum. lib. 4. cap. 3. Rursus in matrimonium dare Ex Cicer. pro Mur. & Liu 7. bell. Maced. 4. In nuptias iterùm dare. Ex Plaut. in Pœn. & Terent. in Andr. 5. Ab integrò nuptum dare. Ex Cicer 3 Verr 6. Denuò in matrimonium collocare. Ex Cicer 4. Verr. & 2. de Diuin. 7 Nuptam iterum facere. Ex Plaut in Pœn. & Gell lib. 1. cap. 23. vbi sic ait; vna duobus nupta fieret.

Rimaritare molte, ò più volte.] In matrimonium compluries, vel sæpius collocare. Ex Cicer 2 de Diu 2. In nuptias iterùm, ac sæpius dare. Ex Ter. in Andr. 3. Vicibus multis vel pluribus matrimonio iungere,

Liu. 10. bel. Pon. cuius est, puella matrimoni iuncta. 4 In multas, vel plures nuptias dedere. Ter. in Andr. & Cic ad Att. lib. 13. 5. Nuptam facere multarum, vel plurium nuptiarum. Ex Gell. lib. 1. cap. 23.

Il rimaritare.] In matrimonium collocatio iterata. Ex Cic. 2. de Diu & 1 de Inu. 2 In nuptias datio iterata. Ex Ter. in Andr. & Var l 3 c. 9.

Il rimaritare molte, e più volte.] In matrimonium collocatio compluries, vel sæpius iterata, Ex Cic 2 de Diu. & 1. off. 2. In nuptias datio iterum, ac sæpius iterata, Ex Teren in Andr. & Var l 3.

Rimaritarsi, maritarsi di nuouo.] Denuò nubere. Ex Cic. 2. Verr. & pro Cluent. 2 De integro in matrimonium collocari Ex Cic 5 Phil & 1. de Diu. 3. In matrimonium rursus dare. Ex Liu. 7. bel. Maced & Cic pro Mur 4. Iterùm de nubere. Ex Plaut in Pœn 5. Ab integro nuptam fieri. Ex Cic. 3. Ver & Gell. lib 1 cap. 23. 6. Nuptias iterare 7 Denuò maritari. Ex Cic 4. Ver. & Var. lib 3 cap 9. 8. Coniugium integrare, Ex Cic. pro Cluen & Liu. 5 ab Vrb. 9 Matrimonium repetere. Ex Col. l. 4 c 28

Maritarsi molte, ò più volte.] Compluries, vel sæpius nubere. Ex Plaut in Per. & Cic. pro Mur. 2 Iterùm, ac sæpius denuberr, Ex Cic ad Att. l. 13 3 Matrimonia multa, vel plura contrahere. Ex Suet in Calig c 25 & Gell. l. 5. c 21. 4 In matrimonium se vicibus multis, vel pluribus locare Ex Cic. 2. Phil. & Pallad. l. 1. tit 28 5. Nuptias, vel matrimonia sæp us, vel compluries iterare, Ex Cic. in Part. & Gell l. 5 c. 21.

Il rimaritarsi.] Nuptiarum iteratio. Ex Cic pro Cluen. & in orat a. Coniugij redintegratio. Cic. 1 Offic. & ad Herent 3. Connubij renouatio, Ex Cic. 1 Offic. & 2 de Nat. 4 Matrimonij repetitio, Ex Cic. pro Clu & 3. de Orat. 5 Nuptiarum instauratio, Ex Cic pro Cluent. & de Arusp

Il rimaritarsi molte, ò più volte.] Nuptiarum frequens iteratio Ex Cic. 3. de Nat. & in Or 2 Coniugij crebra instauratio Ex Cic. 1. Offic. 3 Connubij frequens redintegratio, Ex Cic. in Top 4 Matrimonij crebra repetitio, Ex Cic. 3. de O 5 Nuptiarum multarum, vel plurium iteratio, Cic 2 de Nat

Rimaritata, maritata di nuouo.] Denuò nupta, vel connupta, Ex Cic 4 Ver. & pro Sest. 2. De integro nupta, vel denupta, Ex Cic 5 Phil & pro Sest 3. In matrimonium rursus collocata Ex Cic 1 de Diuin. & pro Mur. 4 In nuptias iterùm data. Ex Terent. in Andr. & Plaut. in Pœn.

Donna rimaritata vna, ò due volte.] Mulier duarum, vel trium nuptiarum, Ex Cicer. ad Attic. lib. 13. ep st. 28

Donna rimaritata molte, ò più volte.] Mulier multarum, vel plurium nuptiarum, Ex Cic ad Att. lib. 13. epist. 29 vbi sic ait, se scire arbitr ab eo nuper petitam Cornificiam, Quinti filiam, vetulam sanè, & multarum nuptiarum

Donna rimaritata solo vna volta.] Mulier nuptiarum secundarum Ex Cic ad Att l 13 ep 19

Rimaso, sust Fior il rimanere.] Remansio, onis, f. g. Cic. ad Q Fr. l. 3 ep. 17 Tuam remansionem etiam, atque etiam probo

Rimaso. sust Fior il restante, il rimanente.] Reliquum, qui. neut gen. Cic 1 Offic 2. Reliqua, quorum, neut gen & num plur. Cic 2 de Diu 3. Residua, orum, Ex Cic. pro Cluent & 2 de D uin 4. ars reliqua, vel residua, Ex Cic. 7. Ver 5. Reliquiæ, arum, f g 1. & 2. b Cic. 2. de Nat. Reliquiæ cibi depel untur tum astringentibus se intestinis, tum re axantibus.

Rimaso grande, ò molto.] Reliquiæ magnæ, Cic. l. 6. epist 16. Nec tamen eas cœnas quæro, vt magnæ reliquiæ fiant.

Rimaso piccolo, ò poco] Reliquiæ tenues, Cic. pro Dom. Vidi si vicissem tenues Reipub. reliquias, si victus essem, nullas futuras.

Rimasticare, masticare di nuouo.] Remando, dis, andi, ansum, Plin. lib. 10. cap. 37. Pontici mures simili modo

remanduat. 3.Cibum rursus molere, Ex Cic.2.de Nat. 3. Escas iterum conficere, Ex Cic.2.de Nat.4. Cibi molituram repetere, Ex Cic.2.de Nat.& Plin.l.13.c.23.& Col. l.4.cap 28. 5 Escæ confectionem iterare, Ex Cic 2. de Nat.100r.

Rimasticatione, Il rimasticare.] Cibi molitura iterata, Ex Plin.lib 15.cap.23 & Cic.2.de Natur. 2. Escæ confectio repetita, Ex Cic.2.de Nat. 3.Mandendi repetitio, Ex Cic. 2 de Nat.& 3 de Or.4.Molendi cibi redintegratio, Ex Cic.2.de Nat.

Rimasticato, partic.masticato di nuouo.] Remansus,a,um. Ex Plin.lib.10.cap.37 & Cic.2 de or.2.Denuò mansus,sa, sum. 3.Iterùm denuò commolitus,ta,tum,vel confectus, ta,tum, Ex Cic.pro Mur.

Rimasuglio, vedi auanzo.

Rimbambire, di nuouo diuenir bambino, ritornar bambino.] Repuerasco,scis, Sipont Repuerascere est quasi in puerilem ætatem reuerti, Cic.de Sen. 2.Puerum fieri, Plaut. Trin. Hic ille est senecta ætate, qui factus est puer.

Far rimbambire.] Pueritiam reddere. Ex Flor. lib 1. in prol. 2. Pueritiam renouare. Ex Ouid. 7. Metam. 3. Rursus puerum, vel puellam facere, Ex Plaut. Pseud.

Il far rimbambire.] Pueritiæ redditio, Ex Flor. lib.1.& Quint.lib.8.cap.3. 2.Pueritiæ renouatio, Ex Cic.de Sen. 2.de Nat.

Quegli che fà ribambire.] Pueritiæ restitutor, Ex Cic. 3. Ver.& pro Mil.

Rimbambito, partic.] Pueritiæ redditus, vel restitututus,a, um.Ex Cic.3 Tusc & Plin.l.20. c.7. 2.Pueritiam redeptus,ta,tum.Ex Tacit l.12.

Rimbombare, vedi ribombare.

Rimbombo, vedi ribombo.

Rimbombo dell'api.] Bombus,bi.Per & Calep.

Rimediare, prouedere, riparare, e val porre, ò metter rimedio, ò riparo.] Medeor,eris.a.b.Cic.ad Q.Fr. l.1.ep. 1. Is autem erit eiusmodi, vt consulas omnibus, & medearis incommodis hominum, prouideas saluti, vt re[illegible] postrem Asiæ,& dici, & haberi velis. 2. Remedium adhibere cum Dat.Cels.lib.1. Proœm Cum in interioribus partibus, & dolores, & varia morborum genera nascantur; neminem putant his adhibere posse remedia, quæ ipse ignores. 3 Remedio esse cum Dat. Colum.lib. 7.cap 5.Bilis æstiuo tempore non minima perniciel potione depellitur humanæ veteris vrinæ, quæ ipsa remedio est pecori arcuato. 4. Occurro, ris. Plin. lib. 20. cap. 9. Beta decocta pernionibus occurrit.

Rimediare infallibilmente.] Certissimo remedio esse. Plin. Plin. l.24 c. 10. Alni folia ex feruenti aqua certissimo remedio sunt tumori.

Rimediar presto.] Præsentaneo remedio esse.

Rimedio, prouidimento, riparo, per non riceuer male, ò danno.] Remedium,n.g.Plin.l.18 c.27.& Sen.l 1.epist.2. 2 Nihil æque sanitatem impedit quam remediorum crebra mutatio.

Rimedio gratuito, che non costa niente.] Remedium gratuitum.Sen.lib.3. epist. 21. Non irrigant hi horculi famem sed extinguunt, nec maiorem ipsis potionibus sitim faciunt, sed naturali, & gratuito remedio sedant.

Rimedio, che opera prestissimo.] Remedium præsentissimum.Tol. c.6. Remedium præsentissimum sanguis de aure emissus.

Rimedio saluteuole, ò sanatiuo.] Remedium salutare. Cicer. ad Octau. Nulla remedia, quæ vulneribus adhibeantur, tam faciunt dolorem, quam quæ sunt salutaria.

Rimedio gagliardo.] Remedium acre. Cic. pro Clu.Scamander acrioribus saluti tuæ remedijs subueniendum putauit.

Rimedio per gli occhi.] Remedium oculare, vel ocularium Diosc.l.2.c.153.

Rimedio contro la fattura.] Veneficij amuletum.Plin.lib. 29.cap.4.

Rimedio infallibile.] Remedium certum.Plin.

Rimedio lento, che opera tardi.] Remedium lentum. Q. Curt.l.3. Lenta remedia, & segnes medicos tempora mea non expectant.

Rimedio, che opera presto.] Remedium præsens. Plin.lib. 26. cap.7. 2. Remedium præsentaneum. Plin. lib.22. cap 7.

Rimedio presentissimo, cioè molto efficace, e presto nell'oprare.] Remedium præsentissimum. Colum.lib. 5 cap 5

Rimedio vnico.] Remedium singulare. Plin. lib. 29. cap.3.

Rimembranza, vedi memoria.

Rimembrare, vedi ricordarsi.

Rimenare.] Reduco,cis. 2 Retroago, gis, Plin. lib.7. cap 44.

Rimeritare, vedi ricompensare.

Rimescolamento.] Confusio,nis.f.g.Cic.2.Perturbatio,nis. f.g.eo.Cic.

Rimescolare.] Commisceo,sces,cui. 2 Permisceo,sces,cui. Cicer.

Rimescolato.] Permistus, tum. 2. Admistus, ta, tum.

Rimessa nelle scritture.] Interpositio,nis.f.g. Cic.lib.16. epist.22.

Rimessa di denaro, vedi poliza di cambio.

Rimesso, placeuole.] Remissus,a,um.Cic.

Rimettere, riporre.] Repono,is Cic.

Rimettere, perdonare.] Condono, as. 2. Ignosco, is. Cicer.

Rimettere qualche vsanza, ò consuetudine.] Morem aliquem referre, vel renouare. Suet. in Cæsar cap. 20. 2. Omissum aliquid reuocare. Sueton Domit. cap.4.

Rimettere vno nello stato di prima.] Aliquem in integrum restituere.Suet.in Cæs.c.16.

Rimettere del tutto qualche cosa ad alcuno.] Rem alicui omni ex parte permittere. Tursel. lib. 2. cap 11.

Rimettersi ad vn'altro, rimettersi ad vn'altro.] Remitto, tis.cum Accusat. rei, & Datiu person.Cicer.3. de Natur. Balba tibi remitto, respondere ne mihi malis de singulis rebus quærenti, an vniuersam audire rationem meam.

Rimini, città nell'Vmbria.] Ariminum,ni.

Rimisurare.] Remetior,tiris.

Rimondare, scorzare.] Dicortico, cas. 2.Denudare cortice.

Rimontare.] Iterùm ascendere.

Rimorchiare, voce marinaresca, e vale tirar'vna naue legata ad vn'altra.] Remulco trahere. Liu.lib.5. bell. Pun.

Rimordere.] Morsu repetere, cum Accusat. person. Sen. lib. 3 de Ira. 2. Remordeo, es, vel compungo,gis.

Rimorso di coscienza.] Conscientiæ,ictus,Ex Turs. in Xau. 2.Conscientiæ morsus,Ex Cic.4.Tusc.3.Conscientiæ stimulus,Ex Cic.Parad.

Rimorso dalla coscienza, partic. si dice à chi hà, ò sente rimorso di conscienza.] Conscientia ictus, a, um. Horat Turs. in Xauer.lib.6 cap.2. Ille conscientia ictus, fatetur ingenuè, &c. 2.Conscientia morsus, a, um, Ex Cicer. 4 Tusc. cuius est, conscientia morderi. 3 Conscientia stimulatus,a,um, Ex Cic. Parad. 2. qui sic ait. Te conscientiæ stimulant maleficiorum tuorum.

Esser rimorso dalla coscienza; il medesimo, che hauer, ò sentir rimorso di coscienza.] Conscientia morderi.Cic. 4. Tusc. cuius est, morderi est melius conscientia. 2. Conscientia stimulari, Ex Cic 4. Tusc. & 2.Parad. vbi sic ait; Te conscientiæ stimulant maleficiorum tuorum.

Rimouere, leuar via.] Remoueo,es.Cic.

Rimouersi da qualche impresa.] Remouere se ab aliquo negotio.

Rimpalmare le naui.] Vngere naues.Cic.

Rimpetto, à rimpetto, e di rimpetto; rincontra, rincontro, & alla rincontra; di contra, di contro, di riscontro, & à fronte, dicesi anche contra, e contro.] Ex aduerso. Plin. l. 6 cap. 23. Regio est ex aduerso Bactrianorum 2. Aduersum Plin. l. 3. cap 5 Ab his Phœnice, Phila, Leto, & Lerina aduersum Antipodium. 3. Exaduersum. Ter. Adel. Est pistrilla, & exaduersum est fabrica. 4. E regione Cic. 2. de Nat. Luna cum est è regione solis oppositu, interiectuque terræ deficit 5. Contra. Plin. lib. 3. cap 7 Contra Pestanum sinum Leucasia est à Sirene ibi sepulta appellata. 6. Aduersus, sa, sum. Plin. lib 11. cap. 37. Huic adnectitur, lien in sinistra parte aduersus iecur.

Cosa, che stà di rimpetto.] Aduersus, a, um. Plin. lib. 6. cap 17. 2. Contrarius, a, um. Plin. lib. 6. cap. 28. Nunc reliquam oram Arabiæ contrariam prosequemur.

Rimprouerare, vedi rinfacciare.

Rinunciare, ò rimeritare; contracambiare, ò ricompensare.] Remuneror, aris, aut remunero, as. 2. 3 b. 2. l. Cic. l. 15 ep 13. Tibi ad me ornandum, semper datur facultas, mihi ad me remunerandum nihil suppetit præter voluntatem.

Rimuneratione, rimeritamento, e rimerito, il rimunerare, rimeritare.] Remuneratio, nis f. gen. 2 3. b 2. 4. l. Cicer. de Am. Nihil est remuneratione beneuolentiæ, nihil vicissitudine studiorum, officiorumque iucundius.

Rinascere, nascer di nuouo.] Renascor, sceris, 1. b. 2. l. Plin. lib. 11. cap. 37. Dentes canini amissi casu aliquo nunquam renascuntur. 2. Reuiuisco, scis. Plin. lib. 11. c. 28. Nullis eorum pennæ reuiuiscent auulsæ 3. Iterùm nasci. Plaut. in Pœn. Iterùm mihi natus videor, quod te reperi.

Rinascimento, il rinascere.] Ortus iteratio, Ex Cic. 1. Off. & in orat.

Rinaulgare.] Renauigo, as, aui, tum. Cic

Rincalzamento, inteso del rincalzare, che si fà à gli alberi.] Accumulatio, nis Calep.

Rincalzare, inteso de gli alberi.] Accumulo, las. Plin. lib. 10. cap 9.

Rincalzare, restringere] Coerceo, ces, cui, 2. Cohibeo, bes. Cicer.

Rinchiare, torcere la bocca.] Ringo, gis, xi. ctum. 2. Ringor, geris. Cicer.

Rinchiudere.] Includo, dis. 2. Introcludo, is. Cic.

Rinchiudere vna cosa separatamente dall' altra.] Secludo, is. Var. lib. 2. de re rust. cap. 2. Faciendum septa secreta ab alijs, quo enitentes secludere possis.

Rincontrarsi, riscontrarsi.] Congruo, is Cic. 1. de Diu. In his omnibus responsa Aruspicum, cum Sybillæ verbis congruebant.

Rincontro, auuerb. vedi rimpetto.

Rincorare, vedi inanimare.

Rincorarsi.]. Amissum animum recuperare. Gell. ibidem.

Rincrescere, vedi tediare.

Rincrescersi, vedi tediarsi.

Rincrescimento, vedi tedio.

Rincrespare, increspare.] Crispo, as. Plin. lib. 28. cap. 8.

Rinculare, ritirarsi all'indietro] Retrogredior, deris. 2. Retroeo, is. Plin. l. 2. c. 16.

Rinfacciamento, e rimprouerramento. Fior. anche rimprocciamento, e rimproccio, cioè il rinfacciare, ò rimprouerare, ò rimprocciare.] Exprobatio, nis. f g. 1 & 3. l. 2. com. 4. b Ter. Andr. act sc. 1.

Sed mihi molestum est; nam isthæc commemoratio.

Quasi exprobatio est immemoris beneficij.

2. Opprobatio, nis. f. g. 1. & 3. l. 2 com 4 b. Gell lib. 12. c. 12. qui sic ait; Tum Cicero inopinata opprobratione permotus, &c. 3. Obiectus, ctus m. g. 1. & 2. l. Col & Cic. Ver. 7.

Rinfacciare, e rimprouerare, Fior. anco rimprocciare, il che si dice anco gittar al volto.] Exprobro, as. 2. l. 2. com. Ouid. lib. 12. cap. 15. 2. Opprobro, as. 3. Impropero, as Calepio.

Rinfacciatore.] Exprobator, ris.

Rinfacciatrice.] Exprobratrix, cis. Sen. de Benefic. lib. 7. cap 22.

Rinfermarsi, ammalarsi di nuouo] Iterùm ægrotare, vel ægrescere, Ex Cels.

Rinforzare.] Crebresco, scis. Plin Iun. l. 7 ep. 247. Tum crebrescere fragor. 2 Roboro, boras.

Rinforzare, ò ringagliardire; confermare, ò rinuigorire; corroborare, ò fortificare; vagliono far forza, ò vigore: robustezza, ò gagliardia.] Firmo, as. 2. l. Corn. Cels l. 1. cap. 2. Sanum hominem, & qui benè valet, & suæ spontis est, oportet interdum varium habere vitæ genus, quiescere interdum, sed frequentius se exercere: siquidem ignauia corpus hebetat, labor firmat; illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit, 2. Confirmo, as. 1. & 2 l. Cicer. lib. 16 fam. epist. 2. Curate, & confirma, & cum commode poteris ad nos amantissimos tui, veni. 3. Roboro, as. 2. l. 2 b. Plin. lib. 10. cap. 33. Hirundines nidos luto construunt, stramento roborant 5. Corroboro, as. 2. & 2 l. 3. b. Plin. l. 10. cap. 20 Portulaca stomachum in acetarijs sumpta corroborat. 5. Stabilio, lis. 1. & 2 b Plin. lib. 20. cap. 20. Portulaca mobiles dentes stabilit commanducata, cruditates sedat, vocemque firmat, & sitim arcet. 6. Firmamentum adiungere cum Dat. & Cic. 2. de Inn. Argumentando nostræ causæ confirmatio est. per quam argumentando fidem, & authoritatem, & firmamentum adiungit oratio.

Rinforzamento, il rinforzare.] Confirmationis, f. g 1. 2. 3. l. Cic 6. fam. ep. 3. Confirmatione nostra non probat virtus tua.

Rinforzatore, quegli che rinforza.] Confirmator, ris. 1 2. 3. l. 4. b. in rect. & l. in obl. Cic.

Rinforzo, & anco soccorso.] Subsidium, dij. neut. gener. Cæsar.

Rinfrescamento, il rinfrescare.] Refrigeratio, nis. fœm. g. 1. com 2. & 4 l. 3. & 5. b Plin l. 21. c. 13. Qui mel venenatum edere, abijciunt se humi, refrigerationem quærentes: nam & sudore diffluunt.

Rinfrescare, far fresco.] Refrigero, as. Cic de Sen. & Plin. l 20. c. 7 Lactuca somnum facit, Venerem inhibet, æstum refrigerat.

Rinfrescar bene, ouer affatto.] Perfrigero. as. 1. & 2 l. 3 b. Plin. l. 20. c. 17. Omnium harum vis eadem perfrigerare, & adstringere.

Rinfrescatiuo, addiett. che hà forza, ò virtù di rinfrescare.] Refrigeratorius, a, um. 1 com. 2 4. & 5. l. 3. & 6. b. Plin. lib. 25. cap. 13. Cicutæ semini, & folijs refrigeratoria vis, quæ si enecat, incipiunt algere ab extremitatibus corporis 2. Refrigerans, ntis. om. g. 1. com. 2. & 4. l. & 3 b.

Rinfrescatore, vaso da tener fresco le cose.] Frigidarium, rij. n g. Plin. l. 5 ep.

Ringagliardire farsi gagliardo.] Roborari, vel firmari. Tacit. l 4.

Ringentilire, far diuenir gentile.] Nobilitare. Cicer. de Senect.

Ringhiera, vedi aringhiera.

Ringiouanire.] Repubesco, pubescis, bui. Collumell. lib. 2. cap 2. & 2 Rursus iuuenescere. Plin. lib. 10. cap. 57. Senium glirium finitur hyberna quiete, rursus æstate iuuenescunt 3 Senectutem exuere. Ouid. 3. de Art Anguibus exuitur tenui cum pelle senectus 4. Rursus adolescere. Ex Plin. lib. 16 cap 44 qui sic ait. Sunt hodie, & aduerso Vrentium vrbis iuxta Hellespontum in Protesiali sepulchro arbores, quæ omnibus ephebijs eius cum in tantum accreuere, vt Ilium aspiciat, inarescunt, rursusque adolescunt. 5. Rursus iuuenem fieri 6. Iuuentutem rursus assequi. vel adipisci, Ex Cic. 2. de Nat. 7 Senecta ætate iuuenem fieri. Ex Plaut. in Trin. qui sic ait; Hic ille est, senecta ætate qui factus est puer.

Il ringiouanire.] Iuuentutis iteratio. Ex Cicer. de Sen.

2. Iuuentæ renouatio. Ex Liu 6 bell. Pun. & Cic. 2. de Nat. 3 Senectæ renouatio, ex Plin l.7.c.18. 4. Iuuentutis redditio. Ex Quint. l.8 c.3.

Far ringiouanire.] Iuuentam renouare Ex Liu 6. bell. Pun. & Cic. 2 de Orat. 2. Senectam renouare Ouid 7. Metam. 3. Rursus adolescentulum, vel adolescentulam facere. Plaut. Pseud Item, vt Medea Peliam concoxit fenem, quem medicamento, & suis venenis dicitur fecisse rursus ex fene adolescentulum. Item te ego faciam. 4 Rursus iuuenem facere, Ex Plin lib.8. cap 57. & Quintil. lib. 2. cap. 2. 5. In pristinam iuuentutem renouare.

Quegli, che fà ringiouinire.] Iuuentæ restitutor. Ex Liu. 6 bel. Pun & Cic pro Mil.

Ringiouanito. partic.] Iuuentuti redditus, vel restitutus, ta, tum. Ex Plin. l.20. c.70. Iuuentutem adeptus, ta, tum Ex Cic. de Sen.

Ringratiamento, rendimento di gratie.] Gratiarum actio. Cicer. lib 10. epist. 19 Quam gratiarum actionem à te non desiderabam cum te re ipsa, atque animo scirem esse gratissimum, tamen fuit ea mihi periucunda.

Ringratiare, rendere gratie.] Gratias agere, Cic. Att. l.16. 2 Gratias agere Cic. de somn. Scip Grates tibi ago summe sol, vobisque reliqui cœlites.

Ringratiare infinitamente.] Gratias agere Immortales. Cic lib. 10 epist. 15. Immortales ago tibi gratias, agamque dum viuam, nam relaturum me, affirmare non possum.

Ringratiare con ragione, cioè meritamente.] Meritas gratias debitasque agere. Ex Cic. de Or.

Ringratiar con gran ragione.] Gratias iustissimas agere. Cic. 2 de leg. Respub. nostra iustissimas huic municipio gratias agere potest.

Ringratiar per lettera.] Gratias per literas agere. Cic. lib. 1 ep. 10. Lentulo egi per literas tuo nomine gratias diligenter.

Ringratiar sommamente, ouer grandissimamente] Gratias maximas agere Cic pro Mar. Maximas tibi gratias ago, maiores etiam habeo. 2 Gratias incredibiles agere Cic l 13. epist. 47. 3 Gratias mirificas agere. Cic. l.13 ep. 42. Lucius homo omnium gratissimus, mirificas tibi apud me gratias egit.

Ringratiare, e lodare.] Gratias, laudesque agere. Gell. lib. 3 cap. 7. Consul Tribuno gratias laudesque egit

Ringratiare, e lodare vno per lettere, ò in scritto.] Gratias, laudesque scribere, Gell. l.3 c.8. Pyrrhus rex Populo Romano laudes, atque gratias scripsit, captiuosque omnes restituit, & reddidit.

Ringratiatore, ò renditor di gratie, colui che ringratia ò rende gratie] Gratiarum actor, vel agens. Ex Cic. l.10 ep. 13 & pro Sest.

Ringratiatrice, ò renditrice di gratie, colei che ringratia, ò rende gratie.] Gratiarum actrix, vel agens. Ex Cic l. 10. ep. 13 & pro Sest.

Ringuainare, ò infoderare, inteso di spada, coltello, e simili.] Ensem reduco, cis, 1 b. 2 l. A. Gell lib. 5. c. 9. qui sic ait. Tum, & hostis gladium reduxit, & rex vitæ donatus est. 2. Ensem vaginæ referre, Sil. It. lib 7.

Rinocerote, animal che nasce in Egitto & hà vn corno sul naso.] Rhinoceros, rotis, m. geo. Plin lib 8. cap 21. Rhinoceros animal est vnius in nare cornu. Festus. lib. 16. Rhinocerotem quidam esse aiunt bouem Ægyptium 2. Naricornis, nis. mascul. gener. vt vnicornis.

Di rinocerote.] Rinocerotius, a, um. Nicol. Perott.

Rinouamento.] Renouatio nis. f g. Cic. 2. de Nat. 2. Instauratio, nis Cic.

Rinouare.] Renouo, as. 2. Instauro, as. 3. Reficio, is. Cicer.

Rinouatore.] Instaurator, ris. T Liu.

Rinouellare, cioè rigermogliare.] Rinouello, as. Colum. de arb. cap. 6 Eiusmodi itaque vinea, si non aridos habet truncos, & sicari potest, factis sulcis optimè sternitur, atque ita renouellatur.

Rintuzzare.] Retundo, is. Cic.

Rintuzzato.] Retusus, a, um Cic.

Rinuerdire, rinuerzire, e rinuerzicare in att. render verdezza, e vigore.] Viriditatem reddere. Ex Cic. de Sen. & 2. Ver. 3. Viridem, aut viride facere. Ex Var.

Rinuerdire, e rinuerzire, ò rinuerzicare in neut. ritornar verde.] Reuiresco, scis s 2 b. 3.l. Colum. lib. 2. cap. 1. Non est ergo exiguarum frugum causa, terræ vetustas, si modò cum semel inuasit senectus regressum non habet, nec reuirescere, nec repubescere potest. 2. Viridem, vel viride fieri Varr lib. 3. cap. 10. Herba, quæ vocatur seris aqua tacta, etiam quum arida, fit viridis. 3. Reuiuisco, scis. Plin. lib. 21. cap. 8. Alexandrioas amarantus postquam defecere cuncti flores, madefactus aqua reuiuiscit, & hybernas coronas facit.

Rinuigorire.] Vegeto, as, aui, atum Gell.

Rinuestire, ò inuestire il denaro.] Pecuniam collocare. Cic. pro Cec. Cum pecuniam Cesenniæ ex illa hæreditate deberetur, eam porrò in prædijs collocari maximè expediret.

Rinuntiare, alienarsi da che che sia.] Renuntio, as, cum. Dat. Quint. l.10 c.7. Ex tempore dicendi facultatem, qui non erit consecutus, mea quidem sententia ciuilibus officijs renunciabit 2. Nuncium remittere cum Datiu. Cic. Att. l 1 ep. 10 Credo te audisse consu es rogationem promulgasse, vxori Cæsarem nuncium remisisse. 3. Abrenuntio, as

Hauendo rinunciato al mondo, doppo d'hauer rinontiato al mondo.] Mortalibus rebus valere iussis. Maff. lib. 1. histor Indic. Me mortalibus rebus iampridem valere iussis, fingendi vel adulandi causas omnes procul habere par est.

Rio, e riuo, vedi ruscello.

Rio, e reo, vedi reo.

Riobarbaro, e reobarbaro, vedi rabarbaro.

Rione quasi regione, vna delle parti, nelle quali è diuisa la Città di Roma.] Regio, nis. fœm. geo. Plin lib 3. c. 5. & Suet in Iul Cæs cap. 39 Athletæ stadio ad tempus extructo in regione Martij Campi certauerunt, per triduum.

Rione della Trinità de Monti] Regio collina. Ex Suet. in Iul Cæs. c. 39 & Plin l.28 c.3

Rione de Monti, ò di Suburra] Regio Suburana. Ex Suet. idem.

Rione di Campo Marzo.] Martij Campi Regio Suet. idem.

Rione di Campo Vaccino, ouero del Palatino.] Regio Palatina. Ex Suet. idem.

Rione di S. Pietro a Vincola, ouero dell'Esquilino.] Regio Exquilina. Ex Suet. idem.

Di rione in rione, ouer in ogni rione.] Regionatim. Suet. in Iul. Cæsar cap 39. Ludos etiam edidit regionatim Vrbe tota, & quidem per omnium linguarum histriones.

Rione piccolo.] Regiuncula, læ. Suet.

Riopontico, e reopontico, radice medicinale, così detta dal luogo doue nasce.] Rhaponticum, tici. 2. Rheum ponticum. Diosc lib. 3. Rha, nonnulli rheum, Latini rhaponticum vocant, proueoit in ijs, quæ supra Bosphorum sunt regionibus, ex quibus affertur. 3. Radix pontica. C. If.

Ripa, riua, e riuiera, la parte della terra che termina, e soprastà all'acque.] Ripa, pæ. fœm gen. 1. l. Plin. lib. 10. cap. 33. Tertium est hirundinum genus, quæ ripas excauant, atque ità internidificant. 2. Rupes, pis. f g. Nicol. Perott.

Ripa di fiume.] Ripa fluuialis. Ouid. ep 5.

Ripa grande, luogo noto in Roma.] Tiberina ripa maior. Cicer.

Riparare, cioè prouedere, rimediare.] Prospicio, is. 2 Consulo, is.

Ripario, addiett. di ripa.] Riparius, a, um. 1. & 2. l. 3. b. Plin. lib 30 c.4.

Riparo.] Remedium, ij. 2. Salus, tis. Cic.

Riparo, quello che si fà con legni, terra, e simili.] Ag-

Agger, ris. Virgil. Æneid.

Ripartire, diuidere. compartire.] Digero, ris. Plin. l. 5. c 41. 2. Discerno, nis. Ex Plin. l. 2. c 41. Patrocinatur vastitas Cœli immensa, discreta altitudine in duo, atque septuaginta signa.

Ripensare.] Recogito, tas. 2. Reputo, as. Cic.

Ripescare, pescare di nuouo.] Expiscor, aris. Cic.

Ripetere, vedi repetere.

Ripetitore, che ripete per sotto Maestro, che fà ripetere à gli Scolari la lettione.] Repetitor, ris. Ouid. epist. 8.

Ripetta, diminut. ripa piccola.] Ripula, læ. f. g. s. l a. b. Cic. Att. l. 15 ep 16. Topographia ripulæ videtur habitura celerem satietatem.

Ripetta, luogo noto in Roma.] Tiberina ripa minor. Cicer.

Ripettinare, cioè pettinar di nuouo.] Repecto, ctis. r. b. 2. l. Ouid. 3. de Art.

Ripiantare.] Resero, is. Plin.

Ripiccare.] Repungo, gis. Cicer. s. fam. Possem eorum animos mediocriter lacessitus leuiter repungere.

Ripollolare, vedi rigermogliare.

Riporre, e riponere.] Repono, nis. 1. b. 2. l. Colum. lib. 12. cap 44. Omne pomum quod in vetustatem reponitur, cum pediculis suis legendum est, sed, si sine arboris noxa fieri possit, etiam cum ramulis, nam ea res plurimum ad prrennitatem confert.

Riporre per i bisogni.] In vsum repoonere. Col. l. 12. cap. 57. Hæc in vsum repones.

Riporre i frutti.] Fructus con dere, vel reponere. Cicer. 2. de Nat.

Riporre il grano.] Frumentum, vel triticum condere, Cic. 2 de Nat.

Riporre il vino.] Vina condere. Plin. l. 19. cap. 5. 2. Vindemiam condere Var. l. 2 proœm.

Riportamento, il riportare.] Relatio, onis fœm. gen. Ex Cicer. 3. de Orat. 2. Relatus, tus. m gen. Ex Tacit.

Riportare, portar seco nel ritorno.] Refero, fers. Var. lib. 2. cap. 10. Regero, is. 1. a. b. Plin. lib. 1 3. cap 15. 3 Reporto, as.

Riportatore, colui che riporta.] Relator, oris, Ex epist. ad Att lib. 8.

Riposare, vedi posare.

Riposare, per dormire, vedi dormire.

Riposatamente, auuerb. vedi posatamente.

Riposo, vedi posa.

Ripostiglio, luogo remoto da riporui le cose.] Repositio, ois f g Pallad l. 1 tit. 35. 2 Repositorium, rij n. g. Plin. lib 6. c. 11. 3 Theca, cæ f g Cic. Att. lib 4 ep. 7 In hoc thecam nummariam non retexeris; in alija etia cautior.

Ripostiglio segreto.] Repositorium sanctius. Iul. Capit in M. Aot.

Riposto. partic.] Conditus, ta, tum. 1. l. 2. b. Colum. lib. 1 cap 5.

Non riposto.] Inconditus, ta, tum. 1. 2. l. 3 b. Colum. lib 1. c. 5 Situs, atque humor instrumentum rusticum, suppellectilemque & inconditos, conditosque fructus corrumpit.

Riprendere.] Reprehendo, dis, hendi, hensum. Terent.

Riprenditore, riprensore] Obiurgator, ris 2. Reprehensor, ris. m g Cic de Nat Deor.

Riprensione.] Reprehensio, nis. Cicer. 2. Obiurgatio, nis. Cicer 1. Offic. Vita, victusque communis, consilia, sermones, cohortationes, consolationes, interdum etiam obiurgationes in amicis vigent maximè.

Ripresaglia.] Retentio, nis. Cæs.

Far ripresaglia.] Retineo, es Cic.

Ripreso.] Admonitus, a, um. Cicer. 2. Reprehensus, a, um. Cicer.

Riprouare.] Improbo, as. Cic.

Ripudiare.] Repudio, as. Quint. lib. 7. cap. 9.

Ripudio.] Repudium, ij. n. g. Terent. Phor.

Ripugnanza, vedi repugnanza.

Risaldare] Solido, as. Virg 1 Georg.

Risalutare, cioè di nuouo salutare.] Iterùm salutare, Ex Cic. pro Rosc. Am. & 1 Phil.

Risalutare, cioè salutar vn che ti saluta.] Resaluto, as. 1. a. b. 3 l. Cicer. 1. Phil. Anagnini cum essent deuij, obuiàm ei descenderunt, vt istum salutarent, tamen inter omnes constabat neminem esse resalutatum. 2 Resalutatione impertire, cum Accus pers. Cic Phil 2 3. Reddere salutationem Macrob. Sat. l. 1. cap 6 Acceptaque, ac reddita salutatione impertiri Suet. in Ner. c 37. Nero neque aduenient, neque proficiscens quenquam resalutatione impertiuit.

Risanare vedi sanare.

Risanarsi, rihauersi, guarire] Conualesco, scis 2 Inualesco, scis. Cel. lib. 2. cap 7. 3. Reualesco, scis. Gell. lib. 16. cap 13.

Risapere, cioè sapere qualche cosa per fama, ò relatione.] Rescisco, scis, ui, tum. 1. & 2. l. Ter in Hecy. act. 5. sc. 4. Omnia omnes vbi rescisceunt hi, quos par fuerat rescisceere, sciunt.

Riscaldamento, ò riscaldatione.] Calefactus, ctus m. gen. Plin 2. Calefactio, onis. fœm gen. Scæuolæ. D. L. 32. tit. 1. lib 36.

Riscaldare, cioè cagionar caldo.] Calorem mouere. Cels. lib. 5 c. 27. Calor mouendus est, ne humorem intus patiatur.

Riscaldare vna cosa fredda.] Calefacio, cis. Plin.

Riscaldarsi, infiammarsi] Incendor, ris Cels. lib 5 cap. 5. 2. Conferuesco, scis. Plin. lib. 18 cap. 30 Arbitrantur, granum si tegulis subiaceat conferuescere.

Riscaldatiuo aggett che hà virtù di riscaldare.] Concalefactorius, a, um. Plin. lib. 21. cap. 20. 2 Excalefactorius, a, um. Plin lib. 22. cap. 18 & lib. 23. cap. 8. Laurus excalfactoriam naturam habet. & folijs, & cortice, & baccis. 3. Calorificus, a, um. Gell. lib. 17. cap 8 Oleum quoque calorificum est, neque minorem vim in corporibus calefaciendis habet. 4. Calfactorius, a, um. 1 2. 3. l. 4 b. Diosc. lib. 2. cap. 13. Fibri testes calfactoriam vim habent.

Riscattare, ricomprare.] Redimo, is, emi, emptum. Mela. l 1 cap. 6. Ascanium caput à Pelasgis ea se vrbe redemisse commemorant.

Riscatto.] Redemptio, onis. f. g Cic. 2. Ver.

Rischiarare, far chiaro.] Clarifico, cas. Plin. lib. 2. cap 13.

Rischio.] Periculum, li n. g. Cic.

Riscoprare, cioè scopar di nuouo] Reuerro, is, b. 2. l. Plaut. in Stich. Reuerram hercle hoc, quod conuerri modò.

Riscossa, riscottimento, & esattione, il riscuotere.] Coactio, nis f. g 1. 3. b. 2. l Suet. in Vesp. c. 1. Titus Flauius Petronius venia, & missione impetrata, coactiones argentarias factitauit. 2 Exactio, nis. f. g 1. 2. l. 3. b. Cicer. ad Att lib. 5. Hæc extrema exactio nostrorum nominum expectetur.

Riscosso, inteso di ciò che si è riscosso.] Coactura, ræ. f. g. r. b. 2. 3 l ? 2 Col. l. 12 c. 50

Riscotitore, vedi esattore.

Riscriuere, rescriuere, scriuer di nuouo.] Rescribo, bis, 1. & 2. l Plin l. 7 ep 119 Petere, & quæ dixeris post obliuionem retractare, multa detinere, plura transire, alia interscribere, alia rescribere.

Riscuotere, & esigere, riceuere ciò che si deue.] Cogo, is. 1 l Cic. pro Rab Posth Ait enim dum Gabino pecuniam posthumus cogeret ex decumis Imperatorum, pecuniam sibi coegisse a Exigo gis 1. l. 2. b. Cic ad Quint. Fr. l 1 ep. 1. Non esse autem leniores in exigendis vectigalibus Græcos, quàm nostros publicanos, hinc intelligi potest.

Riscuotere i debiti.] Exigere nomina. Cicer. & Bud. in Pand. qui ait; qui legata, aut nomina exigere volebant.

militis, patrem eius dicendo à mortuis excitares. 4. Ab inferis excitare. Cicer 7 Ver Mater filij nomen implorans, mihi ad pedes misera iacuit: quasi ego excitare filium eius ab inferis possem. 5. Ad vitam reuocare. Plin lib. 25. cap 2. Xanthus historiarum auctor, in prima earum tradidit, occisum draconis catulum, reuocatum ad vitam à parente herba, quam balin nominat. 6. Defunctum, vel defunctam reuocare. Plin. lib. 2. cap. 7. Deus, nec sibi potest mortem consciscere, si velit: nec mortales æternitate donare, aut reuocare defunctos: nec facere vt qui vixit, non vixerit, qui honores gessit, non gesserit. 7. Spiritum restituere. cum Datiuo person. Plin. lib. 7. cap. 52. 8. Saluti restituere, cum Accusatiuo person. Plin. lib. 25. cap 2. Et Iuba, in Arabia herba reuocatum ad vitam hominem tradit. 9 Vitæ reddere cum Accusatiuo person. 10. Ad vitam restituere, tum Genitiuo, vel Datiuo person. Cicer. pro Mil. eius igitur mortis sedetis vltores, cuius vitam si putetis per vos restitui posse nolitis. 11 Resuscito, tas, 1. & 3 b. ex Ouid. 8. Metam. Inque vices ponit. positamque resuscitat iram. 12. Restituo, is, a. b. Horat. carm lib. 4. od 7. Cum semel occideris, & de te splendida minos Fecerit arbitria. Non Torquate genus non te facundia non te restituet pietas. 13 In lucem reuocare. Plin lib. 29. c. 1. 14. Reuocare à morte, ex Plin. Inueneruntque Iusorum farina dysentericos à morte reuocari. 15 Reuocare ad vitam. Plin lib 7 cap 52. Huc pertinet nobile illud ad grecos volumen Heraclidis septem diebus fœminæ exanimis ad vitam reuocatæ. 17 Reponere in lucem Senec. lib 5 epist. 36 Mors intermittit vitam, non eripit, veniet iterùm qui nos in lucem reponat dies

Cosa che si può risuscitare.] Reuocabilis, & hoc le, s. 2. & 3 l Ouid ad Liuiam.

Supprimè iam lachrymas: non est reuocabilis istis,
Quem semel vmbrifera nauita lintre tulit.

Risuscitar da sè, risuscitar se stesso, proprio di Christo.] Restituere se se, ac reuiuiscere, ex Varr de Re rust. lib 16. Apes, quæ sic concinnatæ concaluerunt, restituunt se, ac reuiuiscunt. 2 Sua spontè resurgere, ex Plin. lib 26. cap 32. In exemplis arbores multas sine tempestate. vllaue causa alia, quàm prodigij cecidisse ac sua spontè resurrexisse. 3 Spiritum sua spontè resumere, ex Colum. lib 9 cap. 13. Apes viuido halitu caloris animatæ, spiritum resumunt.

Risuscitare, in neutr. ritornar in vita.] Reuiuisco, scis, reuixi, reuictum, 1. b. & 2. l. 2. Ad vitam reuerti. Lucret. lib. 2. 3. Ad vitam redire Cels. lib. 2. cap. 8 Ad vitam non redit, qui ex suspendio spumante ore detractus est. 4 Spiritum resumere. Colum. lib 9 cap 1. 5. Vitam iterare. Plin. lib. 7. cap 15. Quæ (malum) ista dementia est, iterari vitam morte? 6 Resurgo, gis, rexi, ctum, 1. b ex Plin, lib 26. cap. 32. A quo deinde tempore maiestas populi Romani resurrexit, quæ ante vastata cladibus fuerat. 7. Vita redire cum Datiuo person. Plin. lib. 11. c. 36. Muscis humore exanimatis, si cinere condantur, redit vita.

Risuscitato, ritornato da morte à vita.] Rediuiuus, ua, uum, 1. & 2 b & 3 l. Cicer. 3. Verr. & Iuuen Sat 3. 2 A mortuis, vel ab inferis excitatus, ta, tum. Cicer. 1. de orat. & 7. 3. Ad vitam reuocatus, a, um. Plin. lib. 7. cap 52. Muscis humore exanimatis, si cinere condantur, redit vita. Horat. Turs. Laur. hist. lib 4. cap 28 Proinde à notis ignotisque non iam Io: Philippus appellabatur, sed Lazarus rediuiuus. Cicer 3. Verr.

Imagine di Christo risuscitato, ouer ritratto della resurrettione di Christo.] Christi reuiuiscentis effigies M. ff. l. 1. ep. 9

Mi par d'esser risuscitato.] Videor mihi restitutus. Cicer. l. 14. fam. ep 1. Ego tum denique mihi videor restitutus si area erit restituta.

Risuscitatore, renditore di vita.] Salutis, vel vitæ restitutor. Cicer. pro Mil. P. Lentulus vltor sceleris, propugnator senatus, restitutor salutis.

Risuscitatorio, addiett. di risuscitatore, ouero che hà virtù di risuscitare.] Restitutorius, a um, a. b. 3 & 4. l. ex Caio, & Vlp.

Tutti risusciteranno, tutti risorgeranno.] Vita omnibus redibit, ex Plin. l. 11. c. 38.

Ritagliare.] Reseco, as. Cic.

Ritaglio.] Resegmen, inis. Plin. l. 28. c 5.

Ritegno.] Obex, icis. Cic.

Ritenere, vedi fermare.

Ritiramento, lo star ritirato.] Secessus, sus, masc gen. & 1. l. Plin. lib. 8. cap 9 Serpentium vipera sola terra dicitur condi, cæteræ arborum, aut saxorum cauis Et aliàs, vel annus fame durant, algore modo dempto. Omnia secessus tempore veneno orba dormiunt. 2. Cessio, nis, f. g. Grat.

Ritirare, tirar' in dietro.] Retraho, is. Var 4. de ling. Illa, quæ maioribus nostris ademit obliuio fugitiua, secuta sedulitas Bruti retrahere nequit.

Ritirarsi] Recedo, dis. 2. Secedo, dis. Cic.

Ritirata, vedi raccolta.

Rito, propriamente vso, od'osseruanza di cose ecclesiastiche.] Ritus, tus. Cic.

Ritogliere, ripigliare.] Resumo, is. Recipio, is, Cicer.

Ritondezza, e ritondità: rotondezza, e rotondità, astratto di rotondo.] Rotunditas, tatis, f. g. Plin. l 9 c. 36. 2. Rotundatio, nis, f. g. Vitr l. 10 c. 11. Et in rotundatione, & in longitudine æqualia spatia fient.

Ritondezza compassata, cioè fatta col compasso.] Rotunditas circinata. Plin. lib 16. cap 13. Populo huic folia in iuuenta circinatæ rotunditatis sunt, vetustiora in angulos exeunt.

Ritondo, vedi tondo.

Ritorcere, torcere di nuouo.] Retorqueo, es. Cic.

Ritorcimento, il ritorcere.] Retortus, tus, 1. b. ex Lucr.

Ritornare, vedi tornare.

Ritornar à proposito.] Ad rem redire. Cato de Re rust. in proœm.

Ritornar' al suo primo costume.] Ad ingenium redire. Ter.

Ritornar correndo] Recurro, ris. Cic. l. 14 ep. 3. & ad Att. l. 1 Puero isti, quem ad te iussi recurrere, da ponderosam aliquam epistolam.

Ritornar 'indietro] Retroeo, retrois. Plin. l. 2. cap. 27. Tum primum incipiunt stellæ retroire.

Ritornar in sè, cioè in ceruello.] Ad mentis sanitatem redire. Turs Xau. lib. 1. cap 24. 2. Recipere se se. Cic. somn Scip. Vt me recipi, come io ritornai in me. 3. Ad se redire Terent. Adelph. Reprime iracundiam, & ad te redi.

Ritornare volando.] Reuolo, as. Var. l. 3. de Re rust. cap 5. Turdi trans mare in Italiam aduolant circiter æquinoctium autumnale, & eodem reuolant ad æquinoctium vernum.

Ritornare, ò tornare à Roma.] Vrbem repetere. Suet. in Cæs c 35.

Ritornare à sesto.] Redire ad ingenium. 2. Redire in naturam. 3. In antiquum statum reuerti. Colum l 8. c. 80 Si femur fractum est, fit breuius, quia nunquam in antiquum statum reuertitur. 4. Ad consuetudinem redire. Cels. lib. 2. cap. 7 Ad consuetudinem redire debet.

Ritornar con le trombe nel sacco] Infectare redire. Cels. lib 6. bel. Gal. Diuitiacus auxilij petendi causa Romam profectus, infectare redierat.

Ritornar nel senso che diciamo ritorna la febre, il dolore, &c.] Repeto, tis. Cels. l 2. c. 8. Quamuis quieuerit febris, tamen repetit.

Ritorno, e ritornata, vedi tornata.

Ritorto, ripiegato.] Recuruus, ua, uum. Ouid Am 2 Recuruatus, ta, tum Cels. l. 50. vel Incuruus, ua, uum. Terent in Eunuch.

Ritrarre. & effigiare, far ritratto.] Effingo, gis. 2. Exprimo, mis. Cic. 1 de leg.

Ritratto, effigie, pittura, ò imagine.] Simulacrum,

cri,n gen. Cic. l 2. de Inuent Helenæ se pingere simulacrum dixit Zeusis. 2. Imago, ginis. Suet. in Cæs. Cæsar animaduersa apud Herculis templum magni Alexandri imagine, ingemuit. 3 Effigies, ei, fœmin gen 1.4 l. 2.3 b. Cicer. 2. de fin sex. Peduceus filium reliquit, effigiem, & humanitatis, & probitatis suæ. 4 Effigia, æ, 1 l. 2 b. Plaut. in Rud. Veneris effigia hæc quidem est. 5. Exemplar, ris, vel exemplum, pli, neut. gen. Cicer. Att lib 7.

Ritratto di rilieuo.] Effigies cęlata, Cicer. 2. vel effigies anaglypha. 2. Signum, vel simulacrum anaglyphum, ex Plin.

Ritrosia, Fior. l'astratto di ritroso.] Morum difficultas, ex Corn. Cels. l. 2. c 2 & Mart l. 12 ep. 2. Animus intractabilis, Sen. in Hipp.

Ritroso, addiett. cioè fantastico, & intrattabile.] Difficilis, & hoc le, 1. l. 2. 3. b. ex Afranio qui ait: vixisti durus, difficilis, tenax.

A ritroso, Fior à rouerscio, Sen à riuercio auuerbialm.] Peruersè, 1. 2. 3. l. Pomp. Mela lib 1. cap 9. Aegyptij suis literis peruersè vtuntur. 2. Præposterè, 1. 2. 4. l. 3. b.

Ritrouamento.] Inuentio, nis. Gratſ. 2. Inuentum, ti. Plin.

Ritrouare, vedi trouare.

Rittamente, dirittamente, e dritto, à drittura, per linea retta] Recta Cic. in Catil. Recta perge in exilium. 2. Rectè. Cic 1. de fin. Atomorum aliæ declinabunt, aliæ suo natu rectè feruntur. 3. Directè. Cic in Part. Cum semel dictum sit directè 4. Directè. Cic 1 de Nat Epicurus ait, atomum cum pondere, & grauitate directò deorsum feratur, declinare paululum. 5 Ad lineam. Cicer. 1. de fin Epicurus censet, indiuidua, & solida corpora ferri suo deorsum pondere ad lineam. 6. Per directum. Plin. lib 3. cap. 5. Efficit passuum per directum 30. millia.

Rittezza, dirittezza, e dirittura: dirittezza, e drittura, l'astratto ritto di, diritto ò deitto.] Directio, nis, f g 1. & 2 l. & 3 b Vitr l 4. c. 3 vbi legimus viatum directiones. 2. Rectio, nis, f g

Rittissimo, e drittissimo.] Rectissimus, a, um. Plin. lib. 10 cap 39. Larici, & magis abieti succissis humor diù defluit; hæ omnium arborum altissimæ, ac rectissimæ.

Ritto, dritto, e diritto, addiett. il contrario del distorto.] Rectus, a, um. Cicer 1. Tusc. Vt partes illæ superiores in medium locum mundi grauitate feruntur, & pondere: sic hæ cursus rectis lineis in cœlestem locum subuolant. 2 Directus, a, um. Cic 2 de Nat. Auditus flexuosum iter habet, ne quid intrare possit si simplex, & directum pateret.

Ritto, auuerb cioè dirittamente, vedi rittamente.

Ritto, e dritto, sust l'opposito di rouerscio] Aduersum, si, neut gen. 1 4 l. ex Plin. lib. 12. cap. 45. & Cicer. 2 de orat. 2 Pars Prior, vel aduersa, vel antica, ex Cicer. 2. Acad. & de Vn.

Ritto, e diritto, addiett. leuato sù, ouer ritto in piedi] Erectus, ta, tum, 1. 2. l. Cicer 2 de Nat. Deus homines humo excitatos celsos, & erectos constituit, vt Deorum cognitionem Cęlum intuentes, capere possent

Riturare, di nuouo turare] Iterùm obturare. Cic.

Riturare, per turare, vedi turare.

Riturbare, di nuouo turbare.] Iterùm turbare.

Riua, vedi ripa.

Riuale, di riua, che attinge l'acqua dall'istesso riuo, ò fonte.] Riualis, lis, l 14. c. 1. Negotium de aquæ ductu, cum riualibus, apud iudicem est.

Riuale, concorrente, ò emulo dell'amore nell'istesso oggetto] Riualis, lis, m gen. 1. & 2 l Plaut. in St ch. Eadem est amica ambobus: riuales sumus. 2 Amoris socius, vel æmulus, ex Plin l. 8 c. 30. 3. Libidinis æmulus, vel socius. Plin l. 8. cap. 30. Mares in eo genere singuli fœminarum gregibus imperitant. Timent libidinis æmulos, vt ideò grauidas custodiant 4 Anterasta, stæ, m. g. 1 & 3 l & 2 b. græc. Xenophon. qui Atlantæ procos anterastas vocat. 5. Zelotypus, pi, 2. 2. & 3. b. græc. Quint. lib 4. cap. 2. Quid exponet, quæ zelotypum malæ tractationis accusat?

Riualità, concorrenza d'amore.] Riualitas, tis. Cicer. Tusc 4 Zelotopia, æ. Cic. 4 Tusc Zelotopia, est ægritudo ex eo quod alter quoque potiatur, eo, quod ille ipse concupierit.

Riuedere, riferito à libri, ò scritture.] Recognosco, is. Cic. in Var.

Riuedere, emendare, come vn libro, ò altra compositione.] Retracto, as Plin l 9. epist. 10. Oratiunculam vnam, & alteram retractaui.

Riueditore, e reuisore, colui che riuede componimenti, ò libri.] Recognitor, ris, 1. 3. b 4. l. in rect. & l. in obliq. Maff in Ignat. lib 1. cap 17 Citatus præterea Ignatius ad Baccalaureum, & reliquos libri sui recognitores, & cæt.

Riuelare.] Palam facere. 2. Patefacio, cis. 3 Indico, as. 4. Aperio, ris 5. Reuelo, as. Ouid. 6. Fast.

Riuelatione.] Reuelatio, nis, f g. 2. Patefactio, nis. Cicer. 3. Indicium, cij, n g.

Per riuelatione diuina.] Diuino admonitu Cic. 2. Dei admonitu Cic.

Riuendere.] Reuendo, dis, di, ditum. Thesaurus.

Riuenditore.] Propola, læ. Gratſ. 2. Reuenditor, ris, ex Cicer.

Riuenditore, di stringhe, & altre cose.] Circitor, ris, m. g. Idem.

Riuenire, ritornare, vedi tornare.

Riuerberare, ripercuotere.] Reuerbero, as. 2. Repercutio, tis. Cic.

Riuerberatione, il riuerberare.] Repercussus, cussus, 1. b. Plin l 5 c 5 Ater dictus est mons, adusto similis, aut solis repercussu accenso.

A riuercio, à rouescio] Præposterè Cic.

Riuerente.] Reuerens, entis. 2. Verens, tis, neut. gen. Cicer.

Riuerentemente.] Reuerenter Gratſ.

Riuerenza gesto, ouer atto, che si fà col corpo, e massime con la testa.] Inclinatus, tus, mascul. gen. ex Gell. lib. 3. cap 12.

Riuerire, & osseruare.] Veneror, raris. 2. Vereor, eris. Cicer

Riuerire, per rispettare, vedi rispettare.

Riuiera.] Ora, ræ. Virg & Ouid.

Riuestire, vestir di nuouo.] Denuò, aut iterùm induere, vel amicire, ex Cic 4 Verr & Tusc.

Riuestire, cioè vestir vno di panni nuoui, ò migliori.] Nouis quempiam, vel potioribus induere, vel amicire, ex Suet. in Vesp c. 10. & Sen. de Cons. ad Mart.

Riuestirsi, cioè vestirsi di nuouo.] Iterùm, seu denuò velari, aut vestiri, ex Cic. de Inu & pro Rosc Am.

Riuestirsi, cioè vestirsi di panni nuoui, ò migliori] Noua, vel potiora induere, ex Ouid. 15. Metam qui dicit. Lugubria indue. 2 Nouis, vel potioribus indui, ex Plin. in Paneg. vbi sic habetur, terra segetibus induebatur

Riuo, vedi ruscello.

Riuocare vedi richiamare.

Riuolgere, riuoltare.] Reuoluo, uis, ui, lutum. Cicer.

Riuolgimento.] Euersio, nis, f. g Plin. l. 22 c. 27.

Riuolo, dimin. di rio, vedi ruscelletto.

Riuoltare, voltar di nuouo.] Reuoluo, luis. Cic.

Riuomitare] Reuomo, mis. Cic.

Riuscimento.] Euentus, tus, m g. Cic. 2. Euentum, ti, n gen. Cicer.

Riuscire.] Euenio, nis. 2. Succedo, dis, si, sum. Cicer.

Riuscire la cosa d'altra maniera, di quello che si pensa.] Rem aliter, atque opinatur cadere. Cic.

Riuscir bene, inteso di cosa, ò di negotio, che hà buon successo.] Benè, & prosperè cedere. Gell. lib 4 cap 5. Ex qua re abene, & prosperè Reipub. cessit 2 Bonum exitum habere, ex Cic lib. 2. epist. 15. 3. Exitum felicem habere. Cic. lib. 2. epist 10 Hæc res habuit hunc exitum satis felicem. 4. Benè vertere, ex Plaut. in Truc. 5 Benè ce-

dere. Suet. in Claud. cap 26.

Riuscir male, inteso di cosa, ò negotio, che hà cattiuo esito.] Malè cedere. Suet. in Claud c. 26 Confirmauit pro concione apud Prætorianos quatenus sibi matrimonia malè cederent, permansurum se io cœlibatu. 2 Malè cadere. Cæsar in Comment. Vbi tantos suos labores & apparatus malè cecidisse viderum, &c. 3. Malè vertere, Plaut in Truc. Si malus, aut nequam est, malè res vertuor, quas agit 4 Inprosperè cedere Col l 1. c. 1. 5 Exitum infelicem habere, ex Cic l 1 ep. 10.

Riuscire, più à fatti, che à parole altri dicono, riuscir più à pane, che à farina.] Melius facere, quàm dicere, ex Cic. 5 Philipp. 2. Re quàm verbo meliorem esse, ex Pomp. M l 1. l. c. 5.

Riuscire, inteso di cosa, chr habbia effetto, come di paura, speranza, sogno, e simili.] Euado, d s. Cicer. 2 de Diuinat. Totas noctes somniamus, & miramur, aliquando id quod somniamus euadere. 2. Euenio, nis, 2. l. a. b.

Rizzare, cioè ergere.] Erigo. gis, r. l. a. b. Cic.

Rizzare, far dritto, vedi drizzare.

Rizzarsi, vedi leuarsi sù.

R O

ROane, città in Francia.] Rothomagum, gi. Rothomagus Calep.

Roba, Fior. robba, Sen. dicesi ol tramenti, facultà, ricchezza, od hauere, nom. tutte son voci generalissime, che comprendono beni esterni dell'huomo.] Res, rei, 2. l in Nom. & b. in Gen. & Dat sing. Terent. in Adelph act. sc. 3. Solum vnum hoc vitium affert senectus hominibus

Attentiores sumus ad rem omnes, quam fat est.

Cic. 2 Catil Res eos iam pridem fides deficere nuper cœpit. Vn pezzo fà cominciò mancar loro la roba, e poco fà il cred to Plaut. in Stich Amicos res inuenit La roba, ouer chi hà roba, truoua, ed ha de gli amici 2 Res familiaris Cic. 1. Tusc Res familiaris est ministra, & famula corporis. 3. Res domestica Cicer pro Cæl cuius est: se ad curam r i domesticæ reuocare 4 Facultates, tatum, fœm gen & num. plur. 1. b. 2 & 3 l. Cicer. de off. Effectum est. vt dando, & accipiendo, & permutandis facultatibus, & commodis, nul a re egeremus. 5 Fortunæ, arum, fœmin. geo & oum plur 1 a & 3. l apud T Liu. Pleni fortunarum, gloriæque triumphantes domum redibatis 6 Bona, orum, neut gen & num. plur 1. b. Cic in Top cuius est: Vxori vsum fructum bonorum legata.

Roba molta, ò grande] Res magna, vel ampla. Cicer. de Sen Flaminium: ffatur ille vir, haud magna cum re, sed fide plenus Iuu Sat 3

Roba poca, ò piccola.] Res tenuis, aut parua. Horat lib 1. ep 20. Me l bertino natum patre, & in tenui re maiores pennas nido extendisse loqueris. 2. Res curta Horat 3. carm. od 24.

Roba di mal'acquisto] Res aut malè aut prauè, aut iniquè, aut iniustè parta, ex Cic 2. Philipp. vbi sic habetur; Malè parta, male dilabuntur.

Roba di buon acquisto] Res aut benè, aut rectè, aut honestè, aut rectè parta, ex Cicer 2 off. Res familiaris benè parta sit, nu lo neque turpi quæstu, neque odioso, &c.

Far roba.] Rem facere. Ter in Adel. act. 2. sc 2. Nunquam rem facies: abi nescis inescare homines. 2. Rem quærere. Cicer Parad 6. Is, qui honestè rem quærunt mercaturis faciendis, operis dandis, publicis sumendis, intelligimus opus esse quæsito. 3 Rem familiarem quærere. Cicer 3. off R s familiaris quæri debet ijs rebus, à quibus abest turpitudo; conseruari autem diligentia, & parsimonia.

Hauer roba.] Rem habere. Cic. de orat. Homo fatuus post quam rem habere cœpit, est mortuus.

Mantener la roba.] Rem familiarem tueri. Cicer. de Sen. Xenophontis liber de tuenda re familiari, qui œconomicus inscribit. 2. Rem familiarem tenere. Cic. Phil c 1.

Consumar la roba.] Rem conficere. Cic. post red. Qui cùm suam rem non minus strenuè, quàm postea publicam, confecisset egestatem, & luxuriam domestico lenocinio sustentauit.

Stabilir la roba.] Rem familiarem constituere. Cic. Phil. 11. Latro sceleratus, atque egens popularetur agros, vexaret Vrbes, non ad spem constituendæ rei familiaris, quàm tenere eum posse negant, qui norunt, sed ad præsentem pastum mendicitatis suæ.

